MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81401-9

AUTHOR:

ALBRECHT, HERMANN ERNST

TITLE:

DE ADIECTIVI ATTRIBUTI IN LINGUA LATINA...

PLACE:

MARPURGI CATTORUM

DATE:

1890

Master Negative #

93-81401-9

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

v.1 Albrecht, Ernst, 1864-
De adiectivi attributi in lingua Latina collocatione specimen, dissertatio ... quam ... scripsit Ernestus Albrecht. Marpurgi Cattorum, Soemmering, 1890.
104 p. 24 cm.

Thesis. Marburg.
Volume of theses.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 5/11/93 INITIALS BE
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE ADIECTIVI ATTRIBUTI IN LINGUA LATINA COLLOCATIONE SPECIMEN

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA
HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM MARPURGENSIUM ORDINE
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

ERNESTUS ALBRECHT

MARPURGI CATTORUM
TYPIS FRIEDERICI SOEMMERING
MDCCCLXXXX

THEODORO BIRT

SACRUM

Dietericus Rohde Hamburgensis quoniam duobus commentariis [1]) [2]) examinavit quo ordine adiectivum coniunctum sit cum substantivo apud Caesarem et in Ciceronis orationibus atque apud Sallustium, equidem eius opere excitatus mihi proponebam, ut alia Romanarum litterarum monumenta perscrutarer. Naturae autem consentaneum atque operae esse pretium putabam quaerere imprimis quomodo res se haberet in antiquissimis monumentis, i. e. in *legibus* [3]) et in *Catonis de Re Rustica libro.* [4]) Atque iam ea perlustraveram, cum prodiit opusculum Alexandri Reckzey [5]), qui commentationibus Rohdii commotus et scriptores annalium,

---

[1]) *Adiectivum quo ordine apud Caesarem et in Ciceronibus orationibus coniunctum sit cum substantivo examinavit D. R. Hamburg 1884.*

[2]) *Adiectivum quo ordine apud Sallustium coniunctum sit cum substantivo exam. D. R. Hamburg 1887.* — In huius commentationis prooemio quae afferat paucis verbis significare mihi liceat. Nostri enim grammatici id fere praecipiunt subst. in universum praecedere, inverso ordine adiectivo maiorem vim attribui. Quod praeceptum non ex grammaticis Latinis haustum esse Rohdius cum intellexisset recentiorum libros grammaticorum scrutatus reperit Broederum sacerdotem Beuchtensem auctorem esse, cuius liber exstat, qui inscribitur: *„Die entdeckte Rangordnung der lateinischen Wörter durch eine Regel bestimmt etc.“ Hildesheim 1816.* Hoc igitur in libro praeceptum illud invenimus, ad quod auctor addidit ea adi., quae ex multis syllabis constarent, ubi cum subst. unam syllabam continente coniungerentur in universum secundo loco poni ut sonus melior fieret, etiam si ipsis maior esset vis. Rohdius autem Caesare et Ciceronis orationibus pervestigatis haec praecepta in commentatione I. dat, quae in com. II. iterum affert: I. Quod adi. omnino ante subst. ponitur, id gravitatis causa collocatur ordine inverso. II. Quod contra adi. post subst. poni solet, id maiore vi effertur, cum praecedit.

[3]) Fontes iuris Romani antiqui ed. Bruns 1887.

[4]) M. Porci Catonis De agricultura liber ed. Keil 1884.

[5]) *Ueber grammatische und rhetorische Stellung des Adj. bei den Annalisten, Cato und Sallust von Dr. A. R., Berlin 1888.*

Dietericus Rohde Hamburgensis quoniam duobus commentariis [1] [2]) examinavit quo ordine adiectivum coniunctum sit cum substantivo apud Caesarem et in Ciceronis orationibus atque apud Sallustium, equidem eius opere excitatus mihi proponebam, ut alia Romanarum litterarum monumenta perscrutarer. Naturae autem consentaneum atque operae esse pretium putabam quaerere imprimis quomodo res se haberet in antiquissimis monumentis, i. e. in *legibus* [3]) et in *Catonis de Re Rustica libro.* [4]) Atque iam ea perlustraveram, cum prodiit opusculum Alexandri Reckzey [5]), qui commentationibus Rohdii commotus et scriptores annalium,

---

1) *Adiectivum quo ordine apud Caesarem et in Ciceronibus orationibus coniunctum sit cum substantivo examinavit D. R. Hamburg 1884.*

2) *Adiectivum quo ordine apud Sallustium coniunctum sit cum substantivo exam. D. R. Hamburg 1887.* — In huius commentationis prooemio quae afferat paucis verbis significare mihi liceat. Nostri enim grammatici id fere praecipiunt subst. in universum praecedere, inverso ordine adiectivo maiorem vim attribui. Quod praeceptum non ex grammaticis Latinis haustum esse Rohdius cum intellexisset recentiorum libros grammaticorum scrutatus reperit Broederum sacerdotem Beuchtensem auctorem esse, cuius liber exstat, qui inscribitur: *„Die entdeckte Rangordnung der lateinischen Wörter durch eine Regel bestimmt etc.“ Hildesheim 1816.* Hoc igitur in libro praeceptum illud invenimus, ad quod auctor addidit ea adi., quae ex multis syllabis constarent, ubi cum subst. unam syllabam continente coniungerentur in universum secundo loco poni ut sonus melior fieret, etiam si ipsis maior esset vis. Rohdius autem Caesare et Ciceronis orationibus pervestigatis haec praecepta in commentatione I. dat, quae in com. II. iterum affert: I. Quod adi. omnino ante subst. ponitur, id gravitatis causa collocatur ordine inverso. II. Quod contra adi. post subst. poni solet, id maiore vi effertur, cum praecedit.

3) Fontes iuris Romani antiqui ed. Bruns 1887.

4) M. Porci Catonis De agricultura liber ed. Keil 1884.

5) *Ueber grammatische und rhetorische Stellung des Adj. bei den Annalisten, Cato und Sallust von Dr. A. R., Berlin 1888.*

Catonis praeter librum de Re Rustica quae supersunt, Sallustium perscrutatus, multo accuratiore Rohdio ratione rem tractavit, cum non enumeret quotiens adi. ante subst., quotiens post subst. positum sit vel quibuscum substantivis coniunctum fere primum aut alterum locum teneat, sed non paucis locis allatis demonstret qua de causa id adi., quod certum locum tenere solet, interdum inverso ordine legatur. Cuius viri docti rationem mihi sequendam esse censebam, qui non in illis antiquis monumentis perquisitis acquiescerem, sed alios quoque scriptores examinare vellem, qui simpliciore cotidianoque sermone utuntur. Itaque *Cornificii Rhetoricorum ad Herennium libros* [1]) excussi, quippe in quibus simplex usurpetur sermo, iis quidem locis omissis, ubi exempla praeceptum aliquod illustrantia afferuntur. Tum *Ciceronis epistulas* [2]) non neglegendas esse cum putarem sedecim ad familiares epistularum libros perlegi, veritus ne tractatis universis nimis materia cresceret. Denique quoniam in colloquiis, quae apud *Petronium* [3]) inveniuntur, simplicissimus sermo cotidianus exstat, in iis perquirendis non minimam operam posui.

Leges autem has adhibui: *leges XII. tabularum, legem Aciliam repetundarum, agrariam, Corneliam de XX. quaestoribus, Corneliam de sicariis et veneficiis, Antoniam de Termessibus, Rubriam de Gallia Cisalpina, Iuliam municipalem.* Quod vero non solum antiquissimas sed etiam nonnullas posteriores leges, ut Iuliam municipalem, perscrutatus sum, persuasum mihi erat in legibus genus dicendi ne intra multos quidem annos nimis mutari: atque consilio *Catonis* non solum de Re Rustica librum, sed etiam *quae praeter eum servata sunt,* [4]) adhibui, etsi ad rem, quam mihi proposui, minus pertinent et iam ab Alexandro Reckzey examinata sunt. Sed ne quis dicat antiquissimum poetam nobis servatum *Plautum* [5]) a me neglectum esse: consulto eum parum respexi, quoniam ut metro postulatur vocabula locantur; attamen ubi res poscere videbatur ex quattuor eius comoediis Trinummo, Milite Glorioso, Captivis, Menaechmis nonnulla attuli.

---

[1]) Cornificii Rhetoricorum ad. C. Herennium libri IV. ed. Kayser 1854.
[2]) Marci Tullii Ciceronis Epistulae ed. Wesenberg I. 1885.
[3]) Petronii Satirae ed. Buecheler 1882.
[4]) M. Porci Catonis praeter librum de re rustica quae exstant ed. Jordan 1860.
[5]) Ausgewählte Komödien des T. M. Plautus erklärt von Brix.

Priusquam iam rem ipsam aggrediar commemoro non solum ea adi., quae vere proprieque vocantur, sed Rohdii exemplum secutum, quod Reckzey neglexit, etiam pronomina et numeralia me respexisse deque iis prima et altera commentationis parte verba me facturum esse.

A. Pronomina.

1. Pronomina demonstrativa et determinativa.

Haec pronomina in universum antecedunt; in antiquissimis legibus, quas perscrutatus sum, nullo loco nisi primo posita inveni.

hic.

In *Cat. R. R.* sexagies legitur, semper ante subst. locatum atque vicies sexies cum subst. „modus" coniunctum; neque in *Cat. frg.* alterum locum tenet.

Apud *Cornif.* antecedit tribus locis exceptis. Exeunte libro I (17,27) Cornificius Herennium allocutus dicit: „ut ... munus hoc accumulatissime tuae largiamur voluntati," quo loco apte pron. secundum locum tenet. In III 7,13: „divisione hac utemur" et „ordinem hunc adhibere in demonstranda vita debemus" pron. postpositis animus legentis ad sequentia ducitur. Ubi pron. „hic" antecedit saepissime cum abl. substantivi „modus" coniunctum est.

In *Cic. ep.* compluribus locis post subst. positum est, qua collocatione aliqua res magis manifeste ostenditur. II 4,1: civem mehercule non puto esse, qui temporibus his ridere possit. I 7,10: status hic rei publicae. III 8,5: genus hoc totum orationis. IV 5,1: genus hoc consolationis. VI 7,3: genus autem hoc scripturae. VII 2,2: magis me iudicio hoc quam morte inimici laetatum. VIII 9,2: ut video, causa haec integra ... transferetur. 10,4: intra fines hos. 14,2: cum hominibus his. IX 15,3: res has. X 12,4: unum hoc. 25,2: non est annus hic tibi destinatus. 34,2: ad bellum hoc. XIII 39: commendationem hanc. XIV 3,4: civitas enim haec. Duobus locis pronom. ad sequens relativum se applicat I 7,8: temporibus his, quae per te sum adeptus. VIII 12,4: mora servi huius, qui tibi litteras attulit.

In sermonibus apud *Petron.* antecedit „hic“ 8. 17. 19. 24. 25. 37. 38 (ter). 39 (bis). 41. 44 (bis). 45. 46 (bis). 49. 50. 51. 57 (bis). 58. 59. 63. 68. 71. 74 (bis). 75 (bis). 76 (bis). 77. 80 (bis). 81. 85 (bis). 86 (ter). 87. 88. 90 (bis). 91 (bis) 94. 95. 100 (bis). 102 (quater). 106. 107 (quater). 109. 114 (bis). 115. 118. 126. 127 (quater). 128. 129. 130 (bis). 134. 137. 139. 141 (bis). Ter pron. secundum locum tenet, ubi digito quasi res aliqua ostenditur. Nam in cap. 39, ubi Trimalchio duodecim signa quae in repositorio exstant interpretari studet, incipit: „caelus hic, in quo duodecim dii habitant, in totidem se figuras convertit.“ In cap. 49 Trimalchio porcum a servo allatum „magis magisque“ intuens exclamat: „porcus hic non est exinteratus.“ Denique in cap. 77 idem Trimalchio, cum divitias suas praedicet, dicit: „aedificavi hanc domum — habet quattuor cenationes — cubiculum in quo ipse dormio, viperae huius sessorium,“ quo loco „vipera“ est uxor Trimalchionis Fortunata, quae inter convivas versatur quaeque illis verbis „viperae huius“ quasi digito ostenditur.

is.

In *Cat. R. R.* semel post subst. legitur, cum septuagies primum locum teneat; 145,1: „homines eos dato, qui placebunt,“ ubi pron. „is“ eadem vis est quae adi. „talis.“

Apud *Cornif.* bis ante sequens pron. rel. post subst. locum habet, nam in his enuntiatis II 18,28 et 19,30: „*ergo*[1]) absolutissima et perfectissima est argumentatio ea, quae in quinque partis est distributa,“ et „ergo absolutissima est argumentatio ea, quae ex quinque partibus constat“ adi. „absolutissima“ et „perfectissima“ ad verbum „esse“ respicere puto, ergo ita vertendum esse: „am vollkommensten ist diejenige Beweisführung, welche,“ nam id ex vocabulo „est“ inter „perfectissima“ („absolutissima“) et „argumentatio“ inserto, quod quidem optimi codd. tradunt, colligendum esse videtur. Ceterum non semper pron. „is“ pron. relativo attrahi ex his exemplis elucet

---

[1]) Duabus stellis circumdedi ea vocabula et sententias, quae in editione Cornificiana Kayseri diductis litteris notata sunt. Cf. praef. pag. XXIV: „*relinquuntur sane loci complures, quibus aut plane deleta fuit genuina scripturae forma aut gravius depravata et ex tenuibus codicum vestigiis exploranda: talibus aliorum et nostri conatus subvenire debuerunt: eos in varietate lectionis notavimus diductis litteris, ut a lectore statim distinguerentur ab iis emendationibus, quae totae sunt ex codicibus petitae.*“

I 4,7: de iis rebus, quae 5,8: ad eam ipsam rem, qua de agitur. 8,12: ad eas causas, de quibus.

Apud *Ciceronem* quoque plerumque pron. rel. sequitur, ubi pron. „is“ secundo loco positum invenitur. I 9,21: cum praesidiis iis, quae semper habui. III 3,1: litteris iis, quas Romae dedi. III 7,5 viros eos, qui. IV 6,2: amissis ornamentis iis, quae V 7,3: res eas gessi, quarum. 13,4: rerumque earum, quas. VI 1,6: in urbe ea es, ubi. VIII 4,4: de legione ea, quam. IX 16,5: philosophis placuisse iis, qui. X 5,1: benevolentiaeque eius, quam. XI 20,3: quattuor legionibus iis, quibus. XII 19,2: legiones eae perducantur, quas. XIII 6^{a},2: notam apponam eam, quae. 6^{a},3: verbis iis, quibus. XIV 7,3: villis iis utare, quae. XV 2,2: per Cappadociae partem eam, quae. 4,4: regionem eam, quae.

Duobus locis pronom. postpositum pronomen rel. non sequitur V 13,3: „casus enim gladiatorii similitudinesque eae“ et IV 5,4: crede mihi, cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus.

In sermon. apud *Petron.* semel tantum invenitur idque primo loco positum, in sermone Trimalchionis (c. 59), qui mythologias se novisse gloriatur: „ob eam rem Aiax insanit.“

ille.

Apud *Catonem in R. R.* novies invenitur, quater cum subst. „res“ coniunctum semperque primo loco positum. In *frg.* semel antecedit, Orat. 40,8: „illi modo“; bis subst. praecedit Orat. 5,1: „labor ille“ „nequiter factum illud.“

Apud *Cornif.* uno loco post subst. positum est I 1,1: „si te unum illud monuerimus,“ ubi quidem unus cod. primae classis, Emmeranus 1, et codd. secundae classis inversum ordinem „illud u.“ praebent. Ceterum cf. Cic. X 12,4: „unum hoc.“ In *Cic. ep.* pron. „ille“ inter omnia huius generis pron. — pronomine „ipse“ excepto — saepissime alterum locum tenet. Saepius cum nominibus propriis coniunctum post subst. positum est, qua collocatione homo aliquis notissimus ostenditur V 12,7: Hector i. mihi Naevianus. IX 26,2: Cicero i. I 9,16: M. i. Scaurum. IX 22,2: Piso i. Frugi. Praeterea substant. antecedit his locis I 7,3. 8,4. 9,5. III 11,3. IV 8,2 (unum illud). V 12,2. 3. 16,2. VI 19,1. VII 3,2. 17,3. 19. 21. 33,1. VIII 4,3. 4,5. 14,2 (causam illam, non homines odi). IX 10,2. 11,1. 16,9. X 32,5. XI 7,2. XII 1,1. 15,7. 29,2. XIII 1,4. XV 2,5. 20,3. XVI 9,2. Ceterum legimus

et „temporibus illis“ I 7,3. XI 27,2. 3; et „primis temporibus illis“ I 9,5. V 17,2; sed „illius temporis“ VII 3,1. „illi tempori“ IV 6,1. „ad i. tempora“ VI 12,5. „i. tempora“ IX 15,3.

Apud *Petronium* praecedit 39 (bis). 43. 44. (bis). 45. 62. 77. 89. 129. 137. Iis locis, quibus „ille“ post subst. locatum est, res aliqua accuratius ostenditur 40: „porcus ille silvaticus,“ id dicit Trimalchio, cum monstret porcum et exclamet, „etiam videte etc.“ Praeterea 63: baro i. longus. 77: de rebus i. 95: grabatum i. 114: vestem i. divinam. Et in enuntiato 101: „hic est Cyclops ille et archipirata“ pronomini eadem vis inest quae adiectivo „famosus.“

idem.

Rarissime secundum locum tenet. Legimus in *Cic. ep.* I 9,22: his ego consiliis, si te praesentem habuissem, ut opinio mea fert, essem usus eisdem. VII 30,2: Quid, si cetera scribam? sunt enim innumerabilia generis eiusdem, quae etc. VII 33,2: nam et Cassius tuus et Dolabella noster — vel potius uterque noster — studiis eisdem tenentur, et meis aequissimis utuntur auribus.

Apud ceteros scriptores pron. „idem“ semper antecedit, apud Cornif. nunquam legi.

iste.

In *Cat. R. R.* bis ante subst. positum est. In *Cic. ep.* his locis post subst. locatum legi I 2,3: totam rem i. I 7,5. XVI 21,7: rem i. II 10,1: post comitia i. praeclara. III 8,3: genere i. 10,3: amplitudo i. VII 5,3: in manum tuam i. 6,1: ineptias i. 23,2: Bacchas i. IX 16,9: modo i. 24,1: Rufum i. XVI 22,2: Demetrius i. IX 18,4: mulo isto, quem. XV 21,2: liber iste, quem mihi misisti. Apud *Petronium* antecedit pron. 37. 44. 46. 61. 90. — 9: tuus i. frater. Subst. anteit 44: larvas sic istos percolopabant. 58: comula ista besalis.

ipse.

In *Cat. R. R.* bis ante subst., bis post subst. locum habet. 102: „id per nares indito et ad ipsum morsum stercus suillum adponito“. Hic in contraria abeunt primum „id“, sc. „melanthi acetabulum“, quod antea legimus, et „stercus suillum“; tum „per nares indito“ et „ad ipsum morsum adponito.“ 156,7: „postea inde iusculum frigidum sorbere et ipsam brassicam esse, uti quam primum excoquatur“, ubi ad voces „et ipsam brassicam

esse“ supplere nobis licet, cum voce supra lecta utamur „subcrudam“, ut vertamus „und auch den Kohl“ sc. „im halbrohen Zustande“. At subst. antecedit huic pron. 70,2: „bosque ipsus et qui dabit facito ut uterque sublimiter stent“ et 71: „bosq. i. et q. d. facito s. stent“, quibus locis pron. „ipse“ propter sequentia „et qui dabit“ postpositum videtur esse. In *Cic ep.* non raro pron. „ipse“ post subst. positum invenimus. Saepius autem antecedit cum nominibus propriis coniunctum II 6,4: de i. T. Annio. 6,5: ipsi Miloni. IV 2,3: i. Caesari. 4,3: i. Caesar; et similia IV 13,2. V 5,3; 20,4. VI 7,4; 13,2. VII 1,3; 5,2. IX 14,2. 16,4. X 3,1; 18,3; 25,1. XI 27,2. XII 18,2; 29,2. XIII 8,2; 15,3; 28ᵃ,2; 29,6; 29,7; 29,8; 38; 56,3; 57,2. XV 3,2; 19,2. XVI 11,2.

Sed subst. anteit IV 3,2: et Caesar ipse ita de te iudicat et omnes cives sic existimant. VI 6,8: notantur autem mihi ad divinandum signa duplici quadam via, quarum alteram duco e Caesare ipso, alteram e temporum civilium natura atque ratione. X 11,2: duasque ei spes esse propositas, unam Lepidi ipsius, alteram exercitus. VI 18,2: magnum tamen exercitum Pompeium habere constat, nam Caesar ipse ad suos misit exemplum Paciaeci litterarum . . . scripserat etiam Messala. X 12,4: Venit paratus Servilius, Iovi ipsi iniquus, cuius in templo res agebatur. XIII 42,2: quod ita sciunt Lucceii procuratores et ita Lucceius ipse. Plurimis locis allatis pronomen cum subst. coniunctum est, quod alii oppositum praecipua vi effertur. Similia exempla ex *Cornificio* afferantur I 5,8: benevolos auditores facere quattuor modis possumus; ab nostra, ab adversariorum, ab auditorum persona, ab rebus ipsis. 9,16: ne refelli possit aut temporis parvum fuisse aut causam nullam aut locum idoneum non fuisse aut homines ipsos facere aut pati non fuisse. I 11,19: cum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire. 15,25: cum a nobis non crimen, sed culpam ipsam amovemus.

Subst. „res“, ubi pron. „ipse“ additum est, praecedere amat in *Cic.* ad. fam. ep. libris II 4,1: inventa res ipsa est. III 5,4: ab re i. IX 14,7: res i. 16,3: in ea re i. 22,1: res ipsa. X 19,1: re i. 16,1: rebus enim i. 19,1: rebus i. etc. Sed I 9,5: in iis ipsis rebus. V 2,9: de iis i. rebus. IX 22,4: Quid? ipsa res modo honesta modo turpis. Substantivo „respublica“ antecedit I 9,10: cum i. quasi rep. II 15,3: ipsa rep. III 1,1; 11,3. IV 7,5. VI 12,4.

Antecedit quoque substantivo „dies“ I 6,1. II 8,3. V 2,8. VII 3,1; 24,2.

Ex *Cornificio* praeter locos iam allatos pauca commemorentur. In hoc enuntiato (III 2,2): „deliberationes partim ipsae propter se consultandae sunt — partim propter aliquam extraneam causam“ pron. „ipse“ arte ad sequentia „propter se“ se applicat. In III. 6,12 legimus: „ab rebus i.“, nam opposita sunt supra commemorata „a nostra persona“ „ab eius persona de qua loquemur“ „ab auditorum persona“. Praeterea pron. secundum locum tenet I 12,21. II 14,22. IV 34,46; 54,67; antecedit autem I 5,8; 6,9. II 13,19; 15,22; 17,25; 20,32. III 2,2 (bis); 6,11; 10,17; 14,24: 20,33; 22,35; 24,39. IV 2,2; 3,5; 5,8 (bis); 10,15; 13,18 (bis); 26,36; 29,41; 54,68; 55,68.

Apud *Petronium* primo loco pron. positum invenimus 37. 66. 84. 92. 102. 106; subst. semel 80: „puer ipse, quem vult, sequatur“, ubi propter sequens relativum pron. „ipse“ illum locum tenere videtur.

Apud *Plautum* quoque pron. demonstr. et determ. multo saepius primum quam secundum locum tenere ex meris numeris cognoscitur. Antecedit enim in quattuor illius comoediis Men., Mil. Gl., Trin., Capt. pronom. „hic“ ducenties undequadragies, „idem“ undecies, „ille“ undesexagies, „is“ quinquagies ter, „iste“ sexagies octies; contra post subst. posita sunt „hic“ duodetricies, „idem“ semel, „ille“ novies, „is“ semel, „iste“ sexies. „Ipse“ decies primo, octies secundo loco legitur.

2. Pronomina possessiva.

Haec pronomina in universum secundum locum tenent;[1] ubi autem vi efferuntur, ante subst. ponuntur.

meus.

In *Cat. R. R.* semper (undecies) secundum locum tenet, septies cum subst. „familia“ et „liberi“ coniunctum. In *Orat.*

[1]) cf. Rohdii com. I. pag. 4. 5: Ad pron. poss. pertinet quod adhuc in grammaticis nostris legitur, novo ordine adi. maiore vi efferri quam vetere. Cuius rei quae sit causa non difficile est ad intellegendum. Nam complures formae huius pron. tam sunt humili structura, ut iis sonus sustentari non possit, exempli causa in coniunctione „oratio mea“ possessivum paene opprimitur. Ex quo intellegi potest, cur hoc pron. omnino post subst. legatur, cum agitur de proximis personis aut rebus.

23,1: „.... quod uti prohibitum irem, quod in me esset, meo labori non parsi“ pron. anteposito praecipua vis inest; sed in Orat. 2: „iussi caudicem proferri, ubi mea oratio scripta erat“ dubito an pron. maiore vi efferatur.

Apud *Cornif.* hoc pron. primo loco positum invenitur tantummodo in eis partibus, quibus conformationes verborum illustrantur; secundum locum tenet I 12,20 (bis). 16,26 (bis).

In *Cic. ep.* vocativus „mi“ („mea“) cum nomine proprio coniunctus antecedit duobus exceptis locis VII 13,1: audi Testa mi; 29,1: quare, Cicero mi (cf. 29,2: ergo, patrone mi); at his locis legimus „mi Cicero“: V 10a,2. 10b, VI 7,5. IX 9,1. 9,3 (mi iucundissime Cicero). 14,3. X 4,2. 9,2. 11,3. 21,6. 23,1. 23,6. 23,7. 24,5. 34,4. XII 16,1; et VII 21: mi Testa. Alii autem casus pronom. „meus“ post nomen propr. locum habent II 6,1: Milonis m. II 15,2: Tulliae m. 16,5. III 12,2. VI 18,5. VII 12,1. XI 8,2. XII 25,6. XIII 64,1. 65,2. XIV 4,3 (bis). XVI 12,6. 11,2. excepto hoc loco XVI 16,1: De Tirone, mi Marce, ita te meumque Ciceronem et tuam Tulliolam tuumque filium videam.

Apud *Petron.* „meus“ post nom. propr. locatum est 25: Iunonem m. 62: Melissa m. 71: Fortunatam m. 71: Fortunata m. 131: Chrysis m. 139: a Gitone meo. Substantiva quoque propinquitatem aut necessitudinem significantia antecedunt 58: matrem m. 127: fratrem m. 57. 67: domini m. 66: domina m. 126: domina est m. 69: ipsumam m. 30: patrono m. 76: patroni m. 127: ancilla m. 141: libertos m. 58: conlibertos m. 62: amicae m. 71: omnibus amicis m. 141: amicos m. (cf. 92: inimicos m.).

Ubi pron. apud Petron. antecedit plerumque praecipua vi effertur, ut 92: „ne mea quidem vestimenta“. 102: „nam quod ad meum quidem comitatum attinet, nullum recuso periculum“. 72: „si vos felices videam, coniciamus vos in balneum, meo periculo non paenitebit“. 127 dicit Circe: „tu tantum dignare et meum osculum, cum libuerit, agnoscere“, quo loco contrarium cogitatur „osculum pueri Gitonis“; nam paulo supra dictum est: „habes tu quidem et fratrem.“ In eodem cap. eadem Circe interrogat: „ita non dixit tibi ancilla mea me Circen vocari?“; tum pergit: „non sum quidem Solis progenies, nec mea mater, dum placet labentis mundi cursum detinuit“; hic pron. „mea“ aliqua vis inest; nam oppositum intellegendum est: „mater Circes Perse, Solis amica“. In cap. 47 Trimalchio cocos suos laudat; nam

gallum gallinaceum aliaque rusticos quoque facere; itaque pergit: „mei coci etiam vitulos aeno coctos solent facere." In sequenti cap. 48 idem Trimalchio dicit: „nunc coniungere agellis Siciliam volo, ut cum Africam libuerit ire, per meos fines navigem;" hoc loco pron. eadem vis est quae adi. „proprius." Denique antecedit „meus," quia vi effertur, in cap. 66: „et cum mea re facio," quo loco traditum vocabulum „causa" („cum mea re causa") a Buechelero iusto iure exstinctum est, nam hoc loco et in cap. 47 („sua re causa facere") quin a viro docto quodam, qui „mea re" „sua re" explicare studeret, illud additum sit non dubitari potest. Praeterea duobus locis ante substant. locatum est, 90: „o mi adulescens;" et 66: „nam si aliquid muneris meo vernulae non tulero, habebo convicium", quo in enuntiato non tam, ut vi efferatur, primum locum tenet, quam quod ei aliquid familiare inest („meinem lieben kleinen Burschen"); ceterum vocativum in Cic. ep. quoque antecedere iam supra exposui.

Apud *Plautum* legimus in allocutionibus aut in exclamationibus: Men. 806: mea gnata. 141: o mea commoditas. o mea opportunitas. 191: mea voluptas. 605: mea uxor. 777: mi pater. Mil. Gl. 690: mi vir. 915: mi patrone. 1054: mi Achilles. 1248. 1266: mea Milphidippa. 1330: o mei oculi, o mi anime. Trin. 1072: mi ere. Sed subst. antepositum invenimus Capt. 936: pater mi. Trin. 244: mel meum. 245: o ocelle mi. Capt. 1066. 1021. Trin. 281. 353. 1180: gnate mi.

tuus.

In *Cat. R. R.* semel, in *frg.* bis (Orat. 42: de artibus t.; 68,2: uxorem t.) post subst. positum invenitur; antecedit Orat. 8,1; tuum nefarium facinus.

Apud *Cornif.* post subst. locatum est I 17,27. IV 3,5 (bis). Antepositum est pron. gravitatis causa hisce locis: Ineunte libro I (1,1) auctor dicit se negotiis familiaribus impeditum esse, attamen C. Herenni voluntate ad librum scribendum incitatum esse: „tamen tua nos, C. Herenni, voluntas commovit etc." Atque exeunte eodem libro (17,27) dicit: „munus hoc accumulatissume tuae largiamur voluntati" et exeunte libro II: „ut... tuae rectissumae voluntati morem geramus." Similiter exeunte cap. 1. libri I dicit: „ut industria nostra tuae morem geramus voluntati." I 1,1: „tua causa." Omnibus his locis ex pronom. anteposito elucet magnus auctoris in C. Herennium amor, qui alii cuidam

homini morem non gessurum se praebet. In IV 3,5: „qui tuo nomini velis ex aliorum laboris libare laudem" propter oppositum „aliorum" pron. antecedit. In sequenti quoque enuntiato pron. praecedenti sonus inest: „nam si tua volumina prehenderint antiqui oratores etc." In II 31,50: et nos industriae fructus ex tua scientia capiemus et tute nostram diligentam laudabis tuaque perceptione laetabere" pron. „noster" et „tuus" (cum „scientia" coniunct.), quia sibi opposita sunt, antecedunt; alterum „tuus" vim habet adi. „proprius." Eadem vis est pron. anteposito III 24,40: tuo studio.

In *Cic. ep.* „tuus" post nomina propr. locum tenet I 9,23. 9,24. II 12,2. IV 2,1. 3,4. 4,5. 6,1. V 6,1. 10ª,1. 17,2. VI 1,6. 18,1. 19,1. VII 1,3. 4,1. 24,2. 26,1. 33,2. VIII 1,4 9,5. IX 14,3. 18,2. 20,2. XI 8,1. XII 9,2. 10,4. XV 8. 14,6. His tribus locis pron. ante nomen propr. positum est V 8,2: itaque et praestantissima omnium feminarum, uxor tua, et eximia pietate virtute gratia tui Crassi meis consiliis ... nituntur etc. VIII 15,1 (Caelius Ciceroni): Ecquando tu hominem ineptiorem, quam tuum Cn. Pompeium vidisti? ecquem autem Caesare nostro acriorem etc. XVI 16,1: De Tirone, mi Marce etc. cf „meus."

Saepissime cum subst. litterae (epistula) coniunctum est, atque ante hoc subst. locum habet septuagies quinquies, post idem vicies quater in primis decem libris. Tot locis pronom. antecedere cum mirarer non paucos locos examinavi, ut cognoscerem utrum gravitatis causa an aliis de causis pron. inusitatum locum teneret. Et profecto non raro pron. antepositum magna vi effertur, cuius rei nonnulla exempla afferantur. In VII 8,1: Scripsit ad me Caesar.... Sed ex tuis litteris"; pron. „tuus" propter oppositum „Caesar" antecedit. VII 14,2. „audivi ex eodem Agrippa... sed... mallem, de tuis rebus ex tuis litteris." Praeterea, ut vi efferatur, pron. his locis antecedit III 9,2: Ego, etsi et ipse ita iudicabam et fiebam crebro a meis per litteras certior, tamen maximam laetitiam cepi ex tuis litteris. 11,1: De qua etsi permulta ante certior factus eram litteris, nuntiis, fama denique ipsa—tamen eadem illa laetiora fecerunt mihi tuae litterae etc. V 13,2: nihil mihi esse potuisse tuis litteris gratius. VI 12,3: minus enim te firmum somno Eppuleiae tuae lacrimaeque Appiae declarabant, quam significant tuae litterae. VII 7,1: non me toties accipere tuas litteras, quoties a Quinto mihi fratre afferantur. II 12,1: sollicitus equidem eram de rebus urbanis...

Illud moleste fero, nihil me adhuc his de rebus habere t u a r u m litterarum.

Attamen loci supersunt, ubi magnam vim pronomini anteposito inesse nemo est, qui dicat. Epistula VII libri I et decima libri VII ita incipiunt: Legi tuas litteras. VII 17,1: ex tuis litteris. 31,1: facile perspexi ex tuis litteris. IV 15,1: accepi perbreves tuas l. 2,1: cum essem in Cumano accepi tuas l. 4,2: lectis tuis proximis l. V 11,2: statim tuis l. lectis. Et multa alia exempla afferri possunt. Ceterum omnino sonitum illis locis pron. deesse non nego; nam si vim comparaverimus, quae est pron. in hoc enuntiato: „legi tuas litteras“ cum ea, quae est pronom. post subst. propinquitatem significans locato, intellegemus in illo enuntiato pron. antepositum aliqua vi efferri: nam duos homines quasi cognoscimus, alterum qui litteras dat, alterum qui accipit.

Neque solum pron. „tuus“, sed ceteris quoque possess. saepius aliqua nec vero nimia vis inest. Atque iam hoc loco commemoretur in his et similibus enuntiatis quae sunt „mea“ (tua, sua) erga te (me, eum) benevolentia“ pronomen in universum primum locum tenere quamquam praecipua vis deest. Cf. Cornif. I 17,27: pro tuo in nos officio.

Apud *Petronium* cum nomine proprio coniunctum semel secundo loco positum est 98: Gitona t. Post subst. familiaritatem sive necessitudinem significantia hisce locis positum est 58: patrem t. 94: o felicem matrem t. 101: fratrem t. 58: dominum t. 77,128: dominam t. 58: amicae t. 70: contubernali t. 41: servus t. 57: magister t. Primo loco posito pronomini vis aliqua inest 71: (Trimalchio ab Habinna petit, ut sibi mortuo monumentum aedificet) „ut mihi contingat tuo b e n e f i c i o post mortem vivere“. 91: t. v o l u n t a t e. In cap. 129, ubi quae litterae a Circe Polyaeno datae contineant commemoratur, legimus: „quid tamen agas, quaero, et an t u i s p e d i b u s perveneris domum“. 137: sollicita sum t u a c a u s a. 98: in t u a pater carissime, in t u a sumus c u s t o d i a. In cap. 109 Eumolpus cum Licha eiusque uxore Tryphaena tabulas foederis signat, quae his verbis incipiunt: „ex t u i a n i m i sententia“, atque similis vis est pron. in cap. 133: „narra mihi frater, sed t u a f i d e.“ Contra in sententia (9) „tuus iste frater seu comes“ haud scio an pron. „tuus“ ea de causa antecedat, quod ad utrumque subst. pertinet; ceterum cum quadam indignatione illa puer dicit. Neque in hoc enuntiato (63) „salvo tuo sermone“ nimia vis pronomini inesse videtur.

suus.

In *legibus* saepe pronom. „suus“ locum tenet post „filius“ „parens“ „ceivis“; saepissime hanc collocationem legimus „fraude sua“ „sine fraude s.“ Ubi antecedit maiore vi effertur; ut in lege Urs. III 5,16: neve eis fossas opturato neve opsaepito, quo minus s u o i t i n e r e (auf seinem natürlichen Wege) aqua ire fluere possit. Rubr. II 13: eius pecunia iei, quei eam s u o n o m i n e petierit. Ant. de Term. I 32: quod eius ipsei s u a v o l u n t a t e ab se non abalienarunt. Urs. I 1,13: de s u a p e c u n i a; idem legitur II 1,26, quibus duobus locis oppositum est „ex pecunia publica“ et „deve publico.“ In leg. XII tab. tab. V 3,4 invenitur: „uti legassit super pecunia tutelave s u a e r e i ita ius esto“ (At apud Cornif. I 13,20 legimus: Paterfamilias uti super familia p e c u n i a v e s u a legaverit, ita ius esto). Atque in enuntiato tab. V 4: Si intestato moritur, cui s u u s h e r e s nec escit, adgnatus proximus familiam habeto“ pron. „suus“ singularis est vis.

Sui enim heredes liberi sunt, qui in potestate patria versantur, quod ex iis, quae U l p i a n u s affert, intellegitur, frg XXXV 1: Intestatorum ingenuorum hereditates pertinent primum ad suos heredes, id est liberos, qui in potestate, ceterosque, qui in liberorum loco sunt; si sui heredes non sunt, ad consanguineos, id est fratres et sorores ex eodem patre: si nec hi sunt, ad reliquos cognatos proximos, id est cognatos virilis sexus per mares descendentes eiusdem familiae: id enim cautum est lege duodecim tabularum hac: „si etc.“ Atque saepissime ita pronom. „suus“ cum „heres“ coniunctum legitur, ut apud Uipianum XXII §§ 14,15: „Sui heredes instituendi sunt etc.“ „sui autem heredes sunt liberi, quos in potestate habemus etc.“ „suorum heredum numero sunt.“ Et adeo notio s u u s h e r e s paulatim usu trita est, ut nostri temporis iuris consulti verbo „heres“ omisso ad certum genus heredum significandum usurpent pron. „suus“, praecique autem pl. „sui“. [1])

In *Cat. R. R.* pron. „suus“ hisce locis vi praeditum est 5,5: suo quisque loco. 23,4: suo cuique dolo. 26: suo quidquid loco. 33,5: s. tempore. 48,1: s. quidquid genus. 68: in suo quidquid loco. 144,2. 145,2: suo dolo malo. 145,3: suae usioni. 157,13: sua

[1]) Adolf von Scheurl, Lehrbuch der Institutionen. 6. Erlangen 1873. cf. indicem sub „sui“.

culpa. In hoc quoque enuntiato extremi cap. (162,2) pron. „suus" vi effertur: „ubi iam dies quinque in sale fuerint, eximito omnes cum suo sale" i. e: cum sale, qui pernis adhaeret. Caret sonitu, ubi subst. antecedit 28,1: cum terra s. 31,2: semen s. 37,3: sarmenta s. 158,1: cum radice s. In *fragm.* octies post subst., quater ante subst. locatum invenitur: Orat. 10,2: „suam vitam." ad Marc. fil. 1: „suo loco." de re mil. 2: „s. opera." ad Marc. f. 1: „et hoc puta vatem dixisse, quandoque ista gens suas litteras dabit, omnia conrumpet, tum etiam magis, si medicos huc mittet."

Atque commemoretur apud *Plautum* ad pron. „suus," ubi praecipuam vim ei inesse vult pron. personale „sibi" non raro addi: Capt. 23: sed is, quo pacto serviat suo sibi patri. 46: sed inscientes sua sibi fallacia. 50: suo sibi servit patri. 81: suo sibi suco vivont. Mil. Gl. 632: sua sibi ingenua indoles.

Multa exempla, quae in *Cic. ep.* inveniuntur enumerare non operae est pretium.

Apud *Cornif.* gravitatis causa primum locum tenet II 25,39. IV 6,9. 37,50: s. sponte. III 12,22. IV 43,55. 56: suo loco. IV 31,42: s. nomine. 32,43: non s. vocabulo. 5,8: s. iudicio. III 19,32: ad s. arbitrium. 23,39: sibi quemque suo commodo. II 25,39: pro s. iure. IV 2,4: magis nos sua auctoritate commovent quam ratione disputationis. II 3,5: illum ante occultasse s. flagitia. 26,42: item vitiosum est ipsum sibi in sua oratione dissentire. III 11,19: figura vocis est ea, quae suum quendam possidet habitum. IV 35,47: suum unicuique tribuens officium. 1,2: sic suo ipsius testimonio, qui suum dederit exemplum. suis exemplis (oppositum est: eorum exempla). 7,10: s. exemplis. I 13,23: frater minor ... suam vocat hereditatem lege agnationis.

Secundo loco positum est I 13,23. II. 11,16: nomen s. pronuntiare non possunt. 14,22: tempus locum rem deliberationem suam ponet ante oculos. III 3,5: dignitate s. iudicare. IV 2,3: hoc igitur ipsum maxumum artificium est in arte s. posse et alienis exemplis uti.

Apud *Petronium* legimus 43: fratri s. 63: filii sui. 141: a propinquis s. 141: liberorum s. 37: dominum s. 45: dominam s. 71: contubernalem suam. 65: servo suo misello. 128: praeceptoris sui. Praeterea antecedit substant. 15, 34, 38 (ter), 39, 42, 44, 46, 56, 57, 62, 63, 66, 67, 74, 76, 81, 83 (bis), 87, 107, 115 (ter), 132 (bis), 134, 141. Antecedit contra pron. 38: hodie sua octingenta possidet (et nos dicimus: der hat heute seine 800000). De „sua re" 47 conferendum est, quod ad cap. 66 („cum mea re") adnotavi. Praecipua quoque vi effertur pron. in hoc enuntiato (16), ubi ancilla dicit dominam suam Quartillam se mirari „quis deus iuvenes tam urbanos in suam regionem detulerit" („in ihr verrufenes Viertel"). In cap. 38: „sua culpa" et 81: „sua quoque confessione" pronomini vis est adi. „proprius"; itemque 102: „etiam circumcide nos, ut Iudaei videamur, et pertunde aures, ut imitemur Arabes, et increta facies, ut suos Gallia cives putet" pron. vim adi. „proprius" vel „verus" habet („dass G. uns für seine wirklichen Bürger hält"). In 92, ubi Eumolpus narrat equitem Romanum quendam iuveni cuidam nudo vestimentisque privato sua veste circumdedisse, pron. anteposito non exigua vis est. In cap. 140: „Mercurius enim ... suis beneficiis reddidit mihi" „Mercurius" et pron. opposita sunt sequenti sententiae „quod manus irata praeciderat." Contra in cap. 51 „cum suo munere" est „munus ipsius manu factum" id est „phiala vitrea," quam faber Caesari donum dare vult.

noster.

In *Cat. R. R.* semel post subst. „maiores", bis post „familia" locatum est; in *frg.* septies alterum, bis priorem locum tenet. Orig. 5,1: quod nostras secundas res confutet. Orig. 5,2: qui non nostrae contumeliae causa id noluerint evenire.

Apud *Cornif.* vi effertur primo loco positum hisce locis I 5,8: n. causam (oppositum est quod sequitur „adversariorum" sc. causam). I 6,9: ad n. causam (oppositum est, quod praecedit: „de simili causa etc."). II 10,5: eam trahemus ad nostrae causae commodum. I 5,8: Legimus: „ab nostra persona", quia oppositum est „persona adversariorum et auditorum". Eadem de causa legimus in eodem cap. „n. officium", „n. incommoda". I 11,18: „noster doctor tris putavit esse", nam antecedit „causarum constitutiones alii quattuor fecerunt. I 17,27 (exeunte primo libro): „cum rerum magnitudini tum nostris quoque occupationibus. II. 10,15: nostrae legis (oppositum est quod sequitur „contrariae legis"). II. 17,25: „a n. civibus", nam sequitur „aut ab aliqua civitate". 17,26: nostri peccati causam cum in rem aut in hominem conferimus. In II 31,50 quater pron. „noster" anteit, nam auctor ostendit misericordiam commoveri cum semper de nobis ipsis et nostris rebus verba faciamus: „nostris parentibus

liberis". „propter n. calamitates". „non n. incommodis". „n. fatum". Cum „n. diligentiam", quod in eodem cap. legitur, cf. quod ad „tuus" 31,50 adnotavi. Contra dictum est „animum nostrum", ut „animus" fato et fortunae adversae opponeretur; nam ille fortis et patiens fuit; et „de clementia humanitate misericordia nostra", ubi adi. ad tria subst. universa pertinet. III 4,8: „n. rationem", „n. sententia", „n. loci" (oppositum est „contrarii" sc. loci"). 6,11: aut a nostra aut ab eius de quo loquemur ... persona aut ab re. 11,20: n. commodo. 12,21: n. voci (oppositum est: „voluntati auditoris"). 16,28: „naturalis est ea, quae nostris animis insita est"; sequitur: „artificiosa est ea, quam confirmat inductio quaedam"; hoc modo pron. anteposito clarius significatur oppositio, quae quidem omisso pron. cognoscitur. IV 1,1: „n. exemplis" „n. consili" „n. rationem", quibus omnibus locis pron. antecedit, ut contraria Graecorum consuetudo ostendatur. 7,10: non nostra difficultate (oppositum est praecedens „rei" sc. „difficultate"). 24,34: „ad n. quoque personam". I 3,4: „confirmatio est n. argumentorum expositio", quo quidem loco cod. Parisinus 7714 inversum ordinem praebet; sed quod opposita sunt „n. argumentorum expositio" et „contrariorum locorum dissolutio" illam collocationem consentaneam esse arbitror. I 4,6: ab lege ab scriptura ab aliqua nostrae causae adiumento principium capere oportebit.

At praecedit subst. pronomen „noster" his locis I 1,1: industria n. 5,8 adversariorum n. 8,12: ad utilitatem n. 8,13 ab aetatis n. memoria. 10,18: adiumenta n. II 8,12: inimicos n. 12,17: factum n. 21,33: a coheredibus n. 22,34 adversarii n. 30,48 maioribus n. 31,50: de clementia humanitate misericordia n. animum n. III 4,7: exteris nationibus posterisque n. 6,10: consilio et cogitatione n. 10,7: causa n. (nominativus). 11,19: ad sensus n. 19,32: cogitatione n. 21,34: ingenium n. IV 20,27: dinumeratione n. 36,48: pro iure n.

In *Cic. ep.* septuagies bis locum tenet post nom. propr. Antecedit autem nominibus propr. his paucis locis XVI 9,4: noster Tiro (haec allocutio est). II 13,2: nostri Dolabellae. III 9,2: n. Pompeius. V 10ª, 1: cum nostro Sex. Servilio. IX 4: n. Diodotus. XI 8,2: agas, quid n. Hirtius, quid Caesar meus. XII 5,2.: n. Hirtius. XIV 2,1: ad n. Tulliolam. In Sermonibus apud *Petronium* post nom. propr. locatum est 25: Panychis nostra. 45: Titus n. 53. 62: Gai nostri. Praeterea secundum tenet locum 63: ipsimi nostri. 10. 13. 15. 24. 42. 44. 46. 62 (bis). 63. 76. 107.

Cum „nostra regio" (17), cui oppositum esse cogitamus „alias regiones quasdam" conferatur quod ad collocationem „in suam regionem" (16) adnotavi. 46: „non es nostrae fasciae" „du gehörst nicht zu unserer Zunft". Verbis cap. 106: „nam imprudentes noxios (sc. dei) in nostrum inducere navigium" significatur Tryphaenam consulto in suam navem a dis neque in aliam duos homines quos videre iam diu cupivit inductos esse putare. Denique in hoc enuntiato (107): „ex quo apparet casu incidisse noxios in plagas et te artem quaesisse, qua nostrae animadversionis impetu eluderes" pronomini vis est adiectivi „iustus".

vester.

Semel in *Cat. Orat.* 77 anteit: „accipite, si vultis, hoc onus in vestros collos" (i. e. „in proprios"); bis subst. antecedit Orat. 1,2 et 5: „sociorum v." et „cogitate cum animis v."

In *Cic. ep.* bis ante nom. propr. positum est: VIII 15,2: in v. Domitio. IV 6,1: v. Gallus.

Apud *Cornif.* legimus IV 4,6: vostra manu (id est „propria"); ubi alias legitur in exemplis invenitur.

Apud *Petr.* in sermonibus positum legi semper secundo loco 16. 17 (bis). 24. 62. 77. 82. 102. 107 (ter).

B. Numeralia.

1. Cardinalia.

Primum quod notissimum est moneatur cardinale ad certum magistratum significandum omnino ante subst. „vir" locum tenere, cuius collocationis in antiquissimis legibus satis multa exempla habemus; in lege agr. non semel legitur: „III vir", „II virum"; ex Cic. ep. afferatur (VIII 4,1): „Dolabellam XV virum factum".

Cardinale autem, quod in universum saepissime antecedit, post subst. locum tenet in enumerationibus, quae crebrae in *R. R.* exstant; deligo cap. 12, ubi legimus „vasis quinis prela temperata V, supervacanea III, suculas V, supervacaneam I, funes loreos V" etc. Cf. leg. Urs. I 3,12: II viri quicumque erunt, iis II viris in eos singulos lictores binos, accusos sing(ulos), scribas binos viatores binos, librarium habere ius potestasque esto.

Praeterea card. post subst. locatur, cum alicuius rei pretium aut modus definiuntur. *Cat. R. R.* 146,1: praeconium praesens SS. L et olei romanici P. ∞ D, viridis P. CC, oleae caducae M̊ L, strictivae M̊ X etc. 135,4: funem exordiri oportet longum P. LXXII. toros III habeat, lora in toros singulos VIIII lata digitos II. cum tortus erit, longus P. XLVIIII etc. *Cic. ep.* XII 28,2: nec de HS XX. nec de HS DCC. XIII 29,4: ad HS XXX. XVI 2: is locus est citra Leucadem stadia CXX. Atque moneatur nostrates quoque mercatores notam, qua pretium significatur, ante numerale ponere solere ea quidem de causa, ut numerale magis dilucide perspici possit.

Itaque card. saepissime secundum locum tenet in edictis, proscriptionibus, tabulis, titulis, similibus promulgationibus. In lege Corn. de XX q. II 9,13 invenitur: „viatores IIII legunto“ „viatores III legerunt“. In Urs. III 4,28: Isque II vir in singul(os) accusatores, qui eorum delator erit, ei h(oras) IIII, qui subscriptor erit h(oras) II accusandi potest(atem) facito. Nonnulla quoque ex *Petronio* afferri possunt. In Trimalchionis ianuae poste libellus erat cum hac inscriptione fixus (c. 28): „quisquis servus sine dominico iussu foras exierit, accipiet plagas centum“. In cervicibus amphorarum, quae convivis apud Trimalchionem apponuntur, titulus hic affixus est: „Falernum Opimianum annorum centum“ (c. 34). Actuarius „qui tanquam urbis acta recitavit“ (c. 53) praedicat: „VII Kalendas sextiles in praedio Annano, quod est Trimalchionis, nati sunt pueri XXX, puellae XL; sublata in horreum ex area tritici milia modium quingenta; boves domi quingenti... eodem die: in arcam relatum est, quod collocari non potuit, sestertium decies.“ Eumolpus in foedere quod cum Licha et Tryphaena facit, constituit (109): „nisi pro qua re praesentes numeraveris denarios centum.“ „pro singulis iniuriis numerabis praesentes denarios ducenos.“ Praeco quidam proclamat (97) „puer in balneo paulo ante aberravit, annorum circa XVI etc.; si quis eum reddere aut commonstrare voluerit, accipiet nummos mille.“ Trimalchio iubet in monumento suo et cetera inscribi et haec (71): „sestertium reliquit trecenties.“ Idem Trimalchio, ubi divitias suas iactat (c. 52), praedicat: „habeo scyphos urnales plus minus C ... habeo capides M.“ cf. cap. 71: „praeterea ut sint in fronte (sc. monumenti Trimalchionis) pedes centum, in agrum pedes ducenti.“ Neque minime ex numerali postposito

in hoc enuntiato iactatio Trimalchionis cognoscitur (71): „et me in tribunali sedentem praetextatum cum anulis aureis quinque et nummos in publicum de sacculo effundentem“.

A *Cornificio* cardinale interdum, ubi divisionem significat, secundo loco ponitur ea quidem de causa, ut legentis animus ad sequentia ducatur; ut legimus I 11,19: ea (sc. legituma constitutio) dividitur in partis sex (tum partes enumerantur). II 4,6: id (sc. „signum“) dividitur in partes sex: locum etc. cf. Caes. B. G. I 1: Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum etc. Attamen saepius apud Cornif. inversus ordo legitur, ut I 3,4: inventio in sex partis orationis consumitur: in exordium etc. In his atque similibus enuntiatis numerale ad verbum „esse“ pertinet: I 14,24: eius constitutionis partes sunt duae, quarum una etc. III 9,16: genera dispositionum sunt duo: unum etc. I 3,5: genera causarum sunt quattuor: honestum etc. 2,2: tria sunt genera causarum, quae recipere debet orator: demonstrativum etc. In universum cardinalia apud Cornif. primum tenent locum.

Numerale „unus“, ubi ei vis est „nur ein“ „ein einziger“ „allein“ antecedit singulis locis apud Cic. et Petr. exceptis. Vi effertur in his *legibus:* in Acil. de rep. 27: unius rei; 48: bis in uno iu[dicio]; Urs. II 4,24: uno die; agr. 59. 60: unius hominis (hominus). At legimus in Acil. de rep. 48: sorticulam unam buxeam; in Corn. de XX q. I 8,17, 25: viatorem u. I 12, 21, 29: praeconem u. In *Cat. R. R.* anteposito praecipua vis est 38,1: si uno praefurnio coques. 83 (bis): in unum vas. 157,6: uno verbo omnia. Praeterea in eodem libro antecedit 19,1: unae fibulae. 22,1: unum digitum. 54,1: uni bovi. 71: u. ovum. Apud *Cornif.* „unus“ semper primum locum tenet. In *Cic. ep.* septuagies quinquies ante subst., hoc uno loco post subst. positum legimus XII 22,2: „Quid futurum sit, plane nescio; spes tamen una est aliquando populum Romanum maiorum similem fore.“ Antepositum saepius coniunctum est cum „tempus“ III 11,1. IV 5,4. VII 18,1: u. tempore. „dies“ X 15,3; 21,2. XI 12,1: uno (una) die. XV 4,8: unius diei. XVI 3,1: unum diem. „locus“ IV 5,4. X 18,3; 23,1; 32,4: u. loco. XV 4,2: in u. locum. Apud *Petron.* legimus 76: uno die. 102: una die. 81: unius noctis. 141: unius horae. 46: uno loco. 50: in u. rogum. in u. aera. 76: u. cursu. 69: de u. corpore. 71: u. lactem. 102: u. nautam. Semel in narratione Eumolpi altius dicendi genus usurpantis secundo loco

positum inveni (88): „Lysippum statuae unius lineamentis inhaerentem inopia extinxit".

Denique hae collocationes respiciantur: l. agr. 37. Acil. de rep. 12.62: in diebus X proxumeis; cf. lex agr. 53. 73. 77. 78. Acil. 68. Urs. I 4,10. Iul. munic. 24. 41. 44. 54. Cat. R. R. 37,4: diebus VII proximis; cf. Acil. de rep. 2. 16. 22. Cornel. de sic. et venef.: legionibus IIII primis.

Apud *Plautum* quoque numerale „unus", ubi est ei vis „nur ein" „ein einziger" antecedere solet; nam in quattuor eius comoediis primo loco positum vicies septies, semel secundo invenitur: Men. 711: etiamne impudens muttire verbum unum audes aut mecum loqui?

2. Ordinalia.

Pauca iam de ordinalibus commemorentur. Semper locata inveni post subst. „hora". Urs. III 4,25: ante h(oram) I neve post horam XI diei; Iul. mun. 57: ante h. X. Cic. ep. VII 30,1: h. secunda. IV 12,2: circiter h. decima. IX 26,1: h. nona. VII 30,1: h. septima. X 30,4: h. noctis quarta. XI 1,5: ante h. quartam. XV 4,9: ad h. diei decimam. XVI 9,2: hora quarta.

Usitatus quoque ordo est: ante eidus Martias primas, l. agr. 17; post K. Ianuarias primas, Iul. munic. 57.

Contra legimus in leg. XII tab. II 3: tertiis diebus. III 6: tertiis nundinis.

Legitur in *Cat. R. R.* et „primo vere" (50,1; 161,2) et „vere primo" (48,2; 161,2); prima adulescentia 3,1; prima autumnitate 155,1. In *Cic. ep.* invenitur I 9,5. IV 17,2: primis temporibus illis. IV 3,3. VI 12,4: a pr. temporibus. IV 3,1: pr. temporibus. XIII 57,1: pr. quoque tempore (cf. lex Acil. rep. 45. 64: pr. quoque die). I 9,23: a pr. adulescentia. IV 4,4: a pr. aetate. 12,2: pr. luce. III 10,2: pr. nuntio. [De comp. „prior" cf. quod postea afferam].

In sermonibus apud *Petr.* ordinale nunquam post subst. locatum legi; antecedit autem his locis 37: decumam partem. 53: intra sextum mensem. 62: ad quintum miliarium. 86: tertia nox. 43: prima vindemia. 70: primam palmam. 232: ut traduceres annos primo florente vigore senectaeque ultimae mihi lassitudinem imponeres? (hoc Eumolpus secum loquitur).

Apud *Cornif.*, cum fere vicies ordinale primum locum teneat, inverso ordine locatum legitur in optimis codd. II 27,26: in libro primo. III 9,16: *in libro secundo*. IV 44,58: *in libro secundo*.

C. Nomina quae proprie adiectiva vocantur.

Collocatione pronominum et numeralium pertractata iam cum de iis nom. dicere incipiam, quae vere proprieque adiectiva appellantur, primum de iis quae fere post subst., tum de iis, que fere aut saepissime ante subst. locum tenent, disseram.

a. Adiectiva quae in universum post substantivum locari solent.

Atque primum quidem, cum ex commentationibus Rohdii et Reckzei cognoverimus apud Caesarem, in Cic. orationibus, apud Sallustium, annalium scriptores adi. multo saepius ante subst. quam post subst. locatum esse, est quod miremur in libro Cat. de R. R. fere inversum ordinem inveniri; nam inter adi. trecenta viginti, quae in illo libro leguntur, ducenta triginta quinque semper post subst., triginta duo semper ante subst. locum tenent.

Sed ne praepropere ex meris numeris colligamus Catonem omnino adi. post subst. locare amavisse nobiscum reputemus cuius generis sint adi. a Catone usurpata. Atque cognoscemus magnum adi. numerum certis de causis in R. R. post subst. locum tenere; nam permulta adi. leguntur, ex quibus cum subst. coniunctis una fere notio nascitur. Quae adi. plerumque usurpantur, ut unius rei species ab altera aut tertia distinguatur, quod exemplis illustretur. Nam cum subst. „vas" adi. coniungitur, quod ex qua materia vas paratum sit significet; itaque adi. „ferreus" ad subst. „vas" addito species vasis ferrei a specie vasis plumbei aut aenei, eodemque modo frons ficulnea a fronde hederacea, ilignea, populnea, quernea, ulmea distinguitur; alio modo instituta est falx arboraria ac falx fenaria aut stramentaria, cum omnes eiusdem generis species sint. Generi „mali" adi. „strutheus" additur, ut species quaedam eximiae exiguitatis notetur. Atque ut in lingua Latina huius modi adi. tam arte cum subst. cohaerent ut unam fere notionem efficiant, sic nos

nostra lingua talia adi. cum subst. coniuncta verbo composito vertere solemus. Huius igitur generis adi. in ordinem redacta primum enumerentur:

I. Adiectiva a substantivis ducta. *aeneus* (orbis 10,4; 11,2; trulla 13,1. 2; aula 81; vas 95,1; 122; 135,2; 66). *ferreus* (uncus 10,2; 11,2; 13,1; clavus 18,9; columella 20,1; 21,1; fistula 21,1; tabula 21,2; imbrex 21,3; armilla 22,2; rutrum 12). *plumbeus* (cortina 66). *corneus* (clavus 18,9). *ligneus* (pila 10,5; trulla 13,2; orbiculus 22,2 bis; vas 70,2; 71; pala 11,5; 12). *loreus* (funis 3,5; 12; 63; 135,5; medipontus 3,5). *adoreus* (semen 34,2). *fagineus* (materia 21,5). *ficulneus* (frons 30; lignum 37,5; ramulus 101). *hederaceus* (frons 54,2; materia 111; vas 111). *hordeaceus* (farina 157,5 bis). *iligneus* (frons 5,7; 37,2; 54,2; subscus 18,9; vectis 31,1). *laureus* (vectis 31,1; 70,1; 76,3). *murteus* (virga 101; vinum 125). *musteus* (malum 7,3). *oleagineus* (caput 34,2; modiolus 20,2; talea 45,1; codicillus 55; 130). *pineus* (nux 48,3). *populneus* (frons 5,8; 30). *querneus* (frons 5,8; 30; 37,2; materies 39,1). *saligneus* (cuneus 20,1; pertica 43,1). *siligneus* (farina 75; 76,1; 121). *sparteus* (funis 3,5; urna 11,2; amphora 11,2). *triticeus* (palea 54,2; granea 86). *ulmeus* (frons 5,8; 30; 54,3; scopa 152; materia 21,5; vectis 31,1). *virgeus* (scopa 152). *gallinaceus* (ovum 71; 106,1). *strutheus* (malum 7,3; 133,2; 143,3).

aquarius (urceus 10,2; 11,2; 13,2; 135,2; situlus 10,2; 11,3; labrum 10,4; rota 11,3). *arborarius* (falx 10,3; 11,4). *articularius* (morbus 157,7). *asinarius* (mola 10,4; 11,3; iugum 11,2). *calcarius* (fornax 38,1). *clitellarius* (asinus 10,1). *fabarius* (pilum 10,5). *faecarius* (sporta 11,4). *faenarius* (falx 10,3). *farinarius* (cribrum 76,3). *farrarius* (fistula 10,3). *ferrarius* (faber 7,2). *ficarius* (cratis 48,2). *frumentarius* (campus 1,6; ratio 2,5; ager 6,1; 61,1: 137). *lupinarius* (labrum 11,3). *molarius* (asinus 10,1; 11,1). *mustarius* (urceus 11,2). *olearius* (ratio 2,5; cella 3,2; vas 10,2; amphora 10,2; 13,2; dolium 10,4; 13,2; 69; labrum 13,2; orbis 18,9; sextarius 13,2; urna 135,2; modus 144,3; 146,1; fiscina 153). *plostrarius* (asinus 11,1; iugum 11,2). *seminarius* (pomarium 48). *serarius* (porcus 150,2). *stercorarius* (cratis 10,2; 11,4; sirpea 10,2; 11,4). *stramentarius* (falx 10,3). *vestiarius* (arca 11,3). *vinarius* (ratio 2,5; cella 3,2: iugum 11,2; seria 13,1; vas 19,1; lacus 25; urna 135,2; dolium 39,1).

rusticus (villa 3,2; opus 5,4; res 5,7). *silvaticus* (laurus 8,2; falx 11,4). *vineaticus* (facula 11,5). De adi. *„publicus“* infra dicetur. *rapicius* (colis 35,2; semen 134,1). *dapalis* (Iupiter 132,1 bis). *togalis* (tela 14,2). *angularis* (lapis 14,1). *cullearis* (labrum 154). *familiaris* (lar 2,1; 143,2). *popularis* (sal 88,1). *sementivus* (pirum 7,4). *lixivus* (mustum 23,2). *tempestivus* (olea 58). *vernus* (aequinoctium 44; 161,2). *hibernus* (praesepes 14,1; pabulum 149,1). *suburbanus* (fundus 7,1). *urbanus* (villa 4; fundus 8,2). *anguinus* (pella 73). *caprinus* (stercus 151,2). *columbinus* (stercus 36). *marinus* (aqua 24; 96,2; 104,2; 106,1, 2; 112, 1. 3. ter). *materinus* (terra 34,2). *bubulus* (fimus 40,2; 46,2; lingua 40,4). *ovillus* (caseum 76,2; stercus 151,2; 161,4). *suillus* (lotium 7,5; stercus 102). *fabaginus* (acus 54,2). *faeccatus* (vinum 153). *harenatus* (calx 18,7). *praeferratus* (modus 11,3).

II. Adiectiva a verbis ducta, quae munere participii vel activi vel passivi fungi videntur.

assarius (daps 132,2). *caeduus* (silva 1,6). *circumcidaneus* (mustum). *conditivus* (olea 6,1). *coniugulus* (murtus 8,2; 133,2). *deliculus* (armentum 2,7; ovis 2,7). *depsticius* (panis 74). *eluacrus* (labrum 10,4; 11,3). *erraticus* (brassica 157,12; 13; 15). *fictilis* (urceus 13,2: irnea 81; catinum 84; vas 99). *incilis* (fossa 155,1). *indutilis* (vomer 135,2). *inferius* (vinum 132,2; 134,3 bis). *irriguus* (hortus 1,6; pratum 149,1). *praecidaneus* (porca 134, 1. 3). *praeductorius* (lorum 135,5). *praeliganeus* (vinum 23,2). *promptarius* (armarium 11,3). *retinaculus* (lorum 63; 135,5). *subductorius* (funis 135,3). *torculus* (vas 1,4; 11,1; 14,2; 26; 146,3; funis 63; 68; 135,3. 4). *trusatilis* (mola 11,4). *vitilis* (colum 11,2).

Ea adi. significant quomodo facta sit aut se habeat aut adhibeatur res aliqua; ut colum vitile est „colum vietum“; urceus fictilis est „urceus fictus“ sc. „creta“; „oves deliculae“ sunt, quae matris uber deliquerunt, „lora praeductoria“ sunt, quibus praeducitur. Vernacula lingua huius modi adi. cum subst. coniuncta si accuratissime agimus fere verbo composito vertere non possumus, sed aliqua licentia usi transferimus, ut exemplo utar, voces „silva caedua“ voce „Unterholz“, cum proprio sensu silva caedua sit ea silva, quae caedi potest. At optime atque accuratissime vertimus „labrum eluacrum“ voce „Spülbecken“; „vinum inferium“ voce „Opferwein“; „molas trusatiles“ voce „Stossmühle“.

III. Alia adi. aliquam speciem significantia.

albus (murtum 8,2; 133,2; vitis 70,1; fabulus 70,1; vinum 106,2; olea 117. 118. 119; epityrum 119; trebla 135,1). *ater* (carpinus 31,2; veratrum 115,1. 2. vinum 156,6; 157,9; cancer

157,3). *niger* (murtum, murta 8,2; 125; 132,2; olea 119; vinum 126; epityrum 119). *pullus* (terra 34,2; 135,2). *ruber* (muscus 6,2). *rubricosus* (ager 34,2; terra 128; sed „in rudecto et r. loco“ 35,1). *mariscus* (ficus 8,1). *dulcis* (aqua 104,1; 105,1; 106,1; 112; contrarium: „aqua marina“ cf. „marinus“). *caducus* (olea 23,1; 58; 146,1). *divinus* (res 5,3; 143,1 bis; 83 ter). *volaemus* (pirum 7,4). „Pirum volaemum“ proprio sensu pirum est, quod volam explet; nobis transferre liceat voce „Pfundbirne“; atque cum verbis „olea caduca“ conferatur nostrum „Fallobst“.

IV. Omnia fere adi. a nom. propr. ducta, quae in R. R. inveniuntur, aliquid subst. addunt, quo una species ab altera distinguitur.

Nam „malum Punicum“ certa species malorum est, quae a Poenis nomen ducit (nostrum „Granatapfel“); alia species „malum Scantinianum“; distinguuntur „nuces Praenestinae“ et „n. Abellanae“, „laurus Delphica“ et „l. Cypria“ etc. *Campanicus* (serta 107,1; fiscina 135,2; 153). *Delphicus* (laurus 133,2). *Graecanicus* (trochilea 3,5). *Megaricus*. *Ponticus* (absinthium 159). *Punicus* (malum 51; 126; 127,1; 133,2; 7,3; puls 85). *Romanicus* (iugum 135,2; oleum 146,1). *Abellanus* (nux 133,2). *Licinianus* (olea 6,2). *Puteolanus* (ofella 162,1). *Scantinianus* (mala 143,3). *Amerinus* (corbula 11,15). *Praenestinus* (nux 133,2; 143,3). *Sabinus* (herba 70,1). *Tarentinus* (cupressus 151,2). *Romaniensis* (sal 162,1). *Apicius* (uva 24). *Cous* (vinum 112,1. 2. 158,2 bis). *Graecus* (salix 6,4; 40,2; 40,4; vinum 24; 105,1; faenum 27; 35,1; 37,1). *Mercurialis* (herba 158,1).

Q u o n i a m h a e c c e n t u m t r i g i n t a s e p t e m a d i. locis t r e c e n t i s v i g i n t i q u i n q u e p o s t s u b s t. p o s i t a s u n t C a t o n e m e i u s m o d i a d i. p o s t s u b s t a n t i v u m l o c a r e s o l i t u m e s s e e l u c e t, n a m l o c i u b i i n v e r s u s i n v e n i t u r o r d o p e r p a u c i s u n t. Atque primum quidem his quinque locis Catonem consulto inusitatum ordinem usurpasse persuasum habeo:

1) in cap. 98, postquam memoravit arcam in qua vestimenta conduntur, ne tineae tangerent, amurca unguendam esse, pergit: „et item l i g n e a m s u p p e l l e c t i l e m omnem si ungues, non putescet, et cum ea terseris, splendidior fiet. item ahenea omnia unguito, sed etc.“ Quo loco adi. „ligneus“ propter sequens „ahenea“ ante subst. locatum videtur, ut clariore vi efferatur: non solum ligneam, sed etiam aheneam suppellectilem hoc modo conservari. Eademque de causa adi. in hoc cap. anteire videntur:

2) cap. 24: „Vinum Graecum hoc modo fieri oportet . . . si h e l v o l u m v i n u m facere voles, dimidium h e l v o l i, dimidium a p i c i v i n i indito, defruti veteris partem tricesimam addito“. Hoc loco legimus „helvolum vinum“ pro usitato „vinum h.“, et „dimidium helvoli, d. apici vini“ pro usitato „dimidium v. h., d. apici“. Elucet oppositum esse „h. vinum“ vino Graeco et „apicium v.“ vino helvolo.

3) In cap. 14,1: „p r a e s e p i s bubus h i b e r n a s a e s t i v a s f a l i s c a s“ eam figuram cognoscimus, quae chiasmus vocatur, siquidem voce „falisca“ id significari credimus, quod in Forcellini lexico affertur: *Putat Turneb. Advers. l. 14. c. 2, intellegendas esse praesepes lignis in clatri modum intervallo distinctis confectas, in quibus pabulum gramineum et herbaceum bubus apponitur: ideoque easdem dici aestivas, quia aestate faenum herbacque dantur: cum hibernas perpetuo ligno in modum canalis constare oporteat, quia hieme pabulum minutum iis datur, hordeum, lupinum, ervum et huius modi, quae clatratis lignis contineri non possent.* Usitatus ordo est: pr. b. h. faliscas aestivas: sed chiasmus apud Cat. et aliis locis exstat et in cap. 4, ubi iam vox „faliscus“ legitur: bubilia b o n a, b o n a s praesepis faliscas clatratas. Utrum autem vox „falisca“ recte ita explicata sit, an adiectivum intellegi possit, quod spectet ad praesepis, ut hoc modo vertatur: „faliskische Krippen den Rindern, sowohl für den Winter als den Sommer“, in medio relinquo.

4) In cap. 1,6: „praedium quod primum siet, si me rogabis, sic dicam: de omnibus agris optimoque loco iugera agri centum: vinea est prima, [si vino bono] vel si vino multo est, secundo loco hortus inriguus, tertio salictum, quarto oletum, quinto pratum, sexto campus frumentarius, septimo silva caedua, o c t a v o a r b u s t u m n o n o g l a n d a r i a s i l v a“ faciunt extrema quinque verba hexametrum, neque improbabile mihi videtur consulto verba hoc modo locata esse itaque adi. „glandaria“ inusitate ante subst. silva locum tenere, cum cetera adiectiva „inriguus“ „frumentarius“ „caeduus“ suum habeant locum.

5) cap. 35,1: „lentim in r u d e c t o et r u b r i c o s o l o c o qui herbosus non siet“; hic duo adi. ante subst. locum tenent, quorum alterum „rubricosus“, ut alia colorem significantia adi., praecedere solet (34,2; 128). Sed subst. „locus“ inter ea est (cf. Reckzei

com. pag. 6), quae modo primum, modo alterum locum tenent, ut legimus 8,1: in loco cretoso et aperto; sed 35,1: quam minime herbosis locis; 136: in loco bono; sed 1,6: optimoque loco. Praeterea autem nostro loco ille ordo propter sequens enuntiatum „qui herbosus non siet“ praelatus esse videtur.

Dubitari autem potest utrum in cap. 10,2: „ahenum quod capiat culleum I, operculum aheni I, uncos ferreos III, a h e n u m c o c u l u m quod capiat culleum I“ ahenum an coculum adi. intellegendum sit. Utrumque cogitari potest. Aut vertemus „ehernes Kochgefäss“ aut „Gefäss (sc. „von Erz“) zum kochen“. Sed locos non habeo quibus adi. „coculus“ exstat: itaque rem in medio relinquo.

At qua de causa in cap. 135,5 adi. ante subst. positum sit diiudicare non possum:

Ad subst. „lora“ addita sunt adi. „retinacula“ „praeductoria“, quae usitatum locum tenent; contra adi. „subiugius“ bis ante subst. „lora“ positum legitur. „Lora r e t i n a c u l a in plostrum . . . lora p r a e d u c t o r i a . . ., s u b i u g i a in plostrum lora P. XIX, funiculum P. XV, in aratrum s u b i u g i a lora P. XII, funiculum P. IIX“. Quod praeterea voces „subiugia“ et „lora“ verbis insertis „in plostrum“ diremptae sunt, apud Cat. raro eam collocationem invenimus, sed optime conferri potest (37,5) „ligna in caminum ficulnea“. Ita fit, ut nostro loco tria collocationum genera exstent: I. l o r a r e t i n a c u l a in plostrum II. s u b i u g i a in plostrum l o r a III. in aratrum s u b i u g i a l o r a, quae signari possunt litteris abc, bca, cba.

In cap. 63 textus perditus secundum lectionem cap. 135,5 correctus est.

Denique hi duo loci afferantur, ex quibus intellegitur genus dicendi sermoni cotidiano simile, quo Cato cum in toto libro tum quibusdam locis utitur. cap. 36: „caprinum ovillum bubulum item ceterum stercus omne sedulo conservato“, et cap. 31,2: „. . . ulmeam pineam nuceam hanc atque aliam materiem“. Primum igitur enumerare coepit: „caprinum ovillum b.“ (26) „ulmeam p. n.“ (31,2), tum quasi omnia enumerare supervacaneum esse arbitratus subsistit et pergit „item c. st. o.“, „hanc atque a. m.“ Aliis locis, ubi variae res commemorantur, enumerationem ad finem perducit, ut in cap. 133,2, ubi perinde atque illis locis ad praecedentia annectit: „haec omnia genera“.

S e d n o n m o d o i n C a t. R. R., v e r u m e t i a m a p u d a l i o s s c r i p t o r e s, q u o s p e r s c r u t a t u s s u m, e a a d i. q u i b u s c u m s u b s t. c o n i u n c t i s u n a f e r e n o t i o o r i t u r s e c u n d u m l o c u m t e n e n t.

Primum igitur exempla ex *legibus* hausta afferantur. Leg. XII. tab. VII 8ª: aqua pluvia. Corn. de XX q. I 1: quaestorem urbanum. Iul. mun. 7. 12: praetorem u. 37, 39, 46, 48: quaestorem u. 138: loco senatorio 64: ludeis circensibus. 23: aed(iles) cur(ules). 29, 30, 56: aedem sacram, aedis s., aedium s. l. Urs. I 1,30: in aedis s. I 5,32: resq(ue) divinas. 4,12: dies festos. 4,16: dies festi. IV 3,4: tessera hospitalis. III 2,23. 34: feriaeve denicales (pro tradito: „dedicales“). II 1,9. 21. IV 1,30. 49: ludosve scaenicos, ludos sc., ludi sc. III 3,25: iumenta plaustraria. III 5,10: fossae limitales. I 3,6: iure civili. III 2,3. 33: funus familiare. Lex Ant. de Term. II 31: portorieis terrestribus. Iul. mun. 123: artemve ludicram. Agrar. 14: in agrum compascuom.

In *Cat. frg.* inveniuntur: Orig. 2,2: rem militarem. 4,3: milites mercennarii. 7,2: ius pontificium. 7,4: magistratum curulem. 7,7: calceos mulleos. 7,8: coronas aureas. galbeos lineos. 7,10: veste purpurea. Orat. 1,13: castra hiberna. 5,2: hastas donaticas. 10,5: rem capitalem. 19,5: salinatores aerarios. 32,1: servum recepticium. 44,1. 2: aerum equestrium; de aeribus e. 56: vinum honorarium. 2: pro vino congiario. Sed Orig 7,8: „r u s c e a s f a s c i a s“, ubi chiasmus exstat, nam antecedit, „coronas aureas“.

Apud *Cornif.* pauca huius generis adi. inveniuntur. I 12,20: vasa argentea. vasorum a. 12,22: vasa a. publica. III 20,33: testiculos arietinos. 18,31: manum auream. I 12.21: legem frumentariam. I 13,23: soleae ligneae. III 22,37: veste purpurea. I 12,21: quaestor urbanus. II 13,19: praetor u.

Cic. ep. ad. fam. haec exempla praebent: XI 16,3: magnificentissimo munere aedilicio. X 22,2: de re agraria. XIII 4,2: lege a. III 4,1: illo libro augurali. VII 26,2: in cena a. (sed III 11,4: „a. libros“, et in eadem epistula „pro a u g u r a l i b u s l i b r i s o r a t i o n e s t u a s . . exspectabo“). III 9,3: iuris augurii. X 32,2: anulo aureo. II 17,7: equitibus auxiliariis. XII 13,4: et cohortibus xx. a. XV 4,13: rebus bellicis. 4,15: ad res b. (sed XV 20,3: Sed cetera scribes ad nos postea; nunc haec primo cupio cognoscere: iter . . . .; deinde . . . de b e l l i c i s r e b u s etc. IX 18,3: pullos columbinos. I 9,25 (bis): legem curiatam. sine lege c. (sed in eadem epist.: „si c u r i a t a l e x non esset“). IX 21,2: in sella curuli. I 9,5. IV 7,5. 10,2. 13,6.

VI 11,2. 18,3. IX 13,4. XI 10,5. 28,2. XII 29,2. XIII 21,2. 27,2. 29,2. 38: res familiaris. VI 18,2: rei frumentariae. V 12,8: ludorum gymnicorum. XI 4,1: nomen imperatorium. XII 15,5: navique longa. IX 25,1: in ora maritima. XII 13,3: ex ora m. XVI 12,5: orae m. IV 12,3: monumentum ei marmoreum. V 20,7: tribunos militares. tribunorum m. VII 17,1: in labore m. VII 10,2. X 3,1. XIII 55,1: in re m. IX 25,1. XIII 57,1: rei militaris. XII 30,4: in rem m. XV 2,1: ad rem m. XI 14,3: die tuo natali. XII 14,1. 15,2. 5: naves onerarias. I 9,23: rationem oratoriam. X 30,1: cohortes praetorias duas. duas cohortes pr. 30,4: cohors Caesaris pr. 30,5: cohortium pr. XV 4,7: a cohorte pr. II 17,6: officio quaestorio. VII 30,1: comitiis q. (sed II 18,3: q. legatis quaestorem ponis anteferre). XI 5,3: dominatu regio. VIII 9,3: praedia rustica. XIII 11,1: aedium sacrarum locorumque communium. VII 26,2: lex sumptuaria (sed IX 15,5: s. legis). VII 30,1: comitiis tributis. II 12,1. VII 32,3: de rebus urbanis. II 17,1. VIII 2,2. 11,4. XI 10,2. XII 23,2: rerum u. III 8,9: de rebus u. VIII 1,1: omnes res u. X 28,3: res urbanas. II 17,4: quaestores urbanos. X 12,3: praetorem u. XII 1,1: illud malum u. et urbi et otio diffiderem urbano. XIV 7,3: cum familia u. (sed IX 15,2: u. sales. X 17,2: in u. officiis). XI 2,2: militum veteranorum. 7,2: milites veteranos. IX 9,2: exercitu v. X 30,5: suarum copiarum . . v. 11,2: decima legio v. 24,3: legiones sunt v. tres. VIII 6,5: legemque viariam. IX 20,1: ad assum vitulinum.

Ubi apud Cic. inversus ordo invenitur saepe adiectivo praecipua vis inest, ut XVI 21,7: „videor enim videre ementem te rusticas res“: antecedit enim „deponendae tibi sunt urbanitates: rusticus Romanus factus es“. 24,2: „de domesticis rebus hactenus, de publicis omnia mihi certa“. IX 21,3: „hoc vero, qui Lilybaei a Pompeio nostro est interfectus, improbior nemo meo iudicio fuit; iam pater eius accusatus a M. Antonio sutorio atramento absolutus putatur“. IX 15,2: „accedunt non Attici, sed salsiores, quam illi Atticorum, Romani veteres atque urbani sales“. X 17,2: „magis conficere se quam me iuvare posset in castris, et quod acerbissimo interitu consulum rempublicam nudatam tali cive praetore in urbanis officiis indigere existimabam“. Praeterea his locis adi. inusitatum locum tenet VII 3,2: „signa tirone et collecticio exercitu cum legionibus robustissimis contulit“. X 32,2: „tot enim fecerat ordines equestris loci“. Ceterum cf. quod ad subst.

„locus“ adnotavi pag. 25. 26. XI 16,2: „nam Clodianis temporibus, cum equestris ordinis princeps esset“. XI 21,5: „cum quidam de collegis nostris agrariam curationem ligurrirent“. Neque in hoc enuntiato XII 1,1: „interfecto enim rege regios omnes nutus tuemur“ inconsulte „regios“ iuxta „rege“ positum est.

Ex *Petronio* haec afferantur 50: omnes statuas aeneas et aureas et argenteas. 57: assem aerarium. 44: denarios mille aureos. 58: barbam auream. 71: cum anulis aureis quinque. 66: panem autopyrum. 44: oculum bublum. 58: anulos buxeos. 74: Cassandra caligaria. 43: linguam caninam. 30: vestimenta mea cubitoria. 31: vinum dominicum. 58: dominus dupunduarius. 74: homo d. 45: mulierem essedariam. 45: die festa. 57: vasus fictilis. 38: lacte gallinaceum. 45. 86 (bis): gallos g. 47: gallum enim g. 45: familia non lanisticia. 76: patrimonium laticlavium. 38: opera pistoria. 37: pica pulvinaris. 45: gladiatores sestertiarios (sed 45: „Glyco autem, sestertiarius homo“). 40: porcus ille silvaticus. 85: dies solemnis. 75: clavo tabulari. 52: scyphos urnales. 46: onera venalia. 44: ad arcum veterem. 81: togae virilis. 51: phialam vitream. 67: fabam v.

Nonnullis locis inversus ordo invenitur. 29: Laenatis gladiatorium munus. 58: non didici geometrias, critica et alogias menias, sed lapidarias litteras scio (hic adi. vi effertur). 117: quid vos iumentum me putatis esse aut lapidariam navem? 42: tamen bene elatus est, vitali lecto stragulis bonis. 43: habet autem oracularios servos, qui illum pessumdederunt. 63: stramenticium vavatonem. 76: venalicia coemo iumenta.

Denique moneatur nonnulla adi., quae alias saepe antecedunt, quibusdam cum subst. coniuncta semper secundum locum tenere. Ut enim semper sic locatum legimus „res familiaris“ „res militaris“, ut Cato dicit „res divina“, ita adi. „publicus“ cum subst. „res“ coniunctum nullo alio nisi secundo loco positum inveni; atque adi. „alienus“, quod in universum primum locum tenet, cum subst. „aes“ coniunctum semper altero loco positum invenitur. Et adi. „publicus“ cum subst. „res“ et „alienus“ cum „aes“ coniuncta unam efficiunt notionem. Ceterum adi. „publicus“ post alia quoque subst. saepius locatum invenimus, ut in antiquissimis *legibus*, ubi crebro cum „ager“, „via“ „tabula“, „pecunia“, „locus“, „sacrum“, „vectigal“ coniunctum est. At praecedit in lege Ant. de Term. II. 35: „publica populi Romani vectigalia“ et in lege Iul. mun. 73: „publiceis vectigali-

bus". In *Cat. R. R.* positum legimus post subst. „opus", „via", „feriae"; in eius *frg.* post „lex", „fur"; sed semel legimus, in Orat. 44, „ecquis insultior, religiosior, desertior, publicis negotiis repulsior?" In *Cic. ep.* postpositum est hisce locis I 17,4: pecunia p. XII 30: pecuniae p. 15,6: pecuniam p. VIII 11,1: causae p. XI 7,2: qui tantam causam publicam privato consilio susceperit. XII 2,3: consilii p. XIII 29,4: querela p. IV 4,3; 14,2. VI 1,6: de iure p. VI 6,7: augur p. At praecedit adi. „publicus" III 5,4: ex p. permutatione. X 7,2: p. litteris. 32,1: p. exactionibus. XI 1,6: p. praesidio. 7,2: nullo enim p. praesidio. XV 21,2: in mea atque in p. causa. Apud *Cornificium* legimus I 12,22: vasa argentea p. De adi. „alienus" cum aliis subst. coniuncto postea dicam. Ex illis multis exemplis, quae attuli, satis cognosci posse puto ea adi., quae cum subst. coniuncta efficiunt, ut una oriatur notio, omnino secundum locum tenere.

Sed adi. a nominibus propriis ducta, quoniam in Cat. R. R. secundo loco poni solere supra commemoravi, nunc quomodo se habeant apud ceteros scriptores quaeramus. Atque in antiq. *legibus* semper huius generis adi. post subst. locata inveni; saepissime adi. „Romanus" legitur, quod plerumque cum subst. „civis" et „populus" coniunctum est. Praeterea legimus in lege agr. 21. 31, Acil. de rep. 1: nominisve Latini; in lege Urs. I 3,32: tumultus Italici Gallicive causa; in l. agr. 73: bello Poenicio: denique „lege Rubria" „lege Plaetoria" „lege Sempronia". Et in *Cic. ep.* post subst. „lex" semper huius generis adi. locum tenent I 9,25: lege Cornelia. III 10,6: ad l. C. VIII 2,1: legi Liciniae. VIII 8,1: lege Plotia. I 7,10: lege Sempronia. Adi. quoque „Romanus" in Cic. ep. semper uno loco excepto secundum locum tenet; coniunctum est cum subst. „populus" I 4,2. 4,3. 9,20. II 17,4. III 8,3. IV 5,4. V 8,2. VI 6,9. 27,2. X 6,1. 6,2. 12,4. 28,2. 33,5. XI 5,2. 5,3. 7,2. 8,1. 15,1. 16,2. 17,1. 18,1. 18,3. XII 2,2. 5,2. 8,2. 15,2 (bis). 22,2. 24,2. 29,1. XIII 4,1. 4,2. 4,3. XV 1,2. 1,3 (bis). 1,5. 2,2. 2,5. 2,7. 4,5. 4,13. 9,1. 12,1; cum „civis" V 10ª, 1. X 32,3 (bis). 35,1. XI 16,2. XII 15,1. XIII 30,1. 36,2; cum „eques". VIII 9,4. X 7,1. XII 27. XIII 11,1. 14,1. 31,1. 33. 38. 43,1. 45. 51. 62; cum „res" II 14; cum „ludus" VIII 8,1. Bis legimus VII 5,3. 18,3: „more Romano", cum semel inversus ordo inveniatur VII 16,3: „Romano more". Eadem collocatio legitur in *Cat. R. R.* 139: „lucum conlucare

Romano more sic oportet". In eiusdem scriptoris *Orat.* 18,7 gravitatis causa adi. primum locum tenet: „Graeco ritu fiebantur Saturnalia" et 40,5: „Praeterea cantat, ubi collibuit, interdum Graecos versus agit, iocos dicit etc." Moribus autem Catonis consentaneum esse mihi videtur cum sentiam eum voces „Romano more" et „Graecos versus" („Graeco ritu") ita coniunxisse, ut et superbiam quandam amoremque Romanarum rerum et suum in Graecos mores fastidium patefaceret, quod optime ex his dictis elucet ad M. f. „Vincam nequissimum et indocile esse genus illorum (sc. Graecorum) et hoc puta vatem dixisse quandoque ista gens suas litteras dabit etc."

At in *Cic. ep.* adi. a nom. pr. ducta non raro antecedunt neque semper adiectivo inverso ordine posito singularem vim inesse dici potest. In his duobus enuntiatis V 12,2: „an, ut multi Graeci fecerunt, Callisthenes Phocium bellum, Timaeus Pyrrhi, Polybius Numantinum" et XII 19,2: „Sed de Parthici belli suspicione" (paulo antea legimus: „Bellum quod est in Syria") adi. gravitatis causa primum locum tenere facile est intellectu; sed miror semper in Cic. ep. subst. „bellum" post huius modi adi. locatum esse VII 18,1: Gallici b. IX 13,1: post Afranium superatum b. V 12,2: Italici b. et civilis. II 10,2: Parthico b. 17,6: de P. b. VIII 10,3: si Parthicum b. erit. 14,4: ad P. b. XIII 16,2: in Alexandrino b. XV 15,2: Alexandrini b.

Omnes locos affero, ubi eiusmodi adi. aut primum aut alterum locum tenent in Cic. ep.

I. Adiectivum antecedit. IV 4,2: hoc Achaicum negotium. X 24,4: sive Africanus exercitus ... sive Caesaris accessisset. 24,8: quod si aut Caesar se respexerit aut Africanae legiones celeriter venerint. I 5ª,3: de Alexandrina re causaque regia. 5ᵇ,1: A. causa. XII 25,6: Antoniano quidem latrocinio liberata. I 9,23: Aristotelio more. VI 7,5: de Asiatico itinere. 8,2: A. negotiationis. XII 15,7: omnes fere Asiaticos milites. VII 8,2: vestras Britannicas litteras. 11,2: B. iureconsulti. VI 6,3: ratio quaedam Etruscae disciplinae. VII 18,1: Graeculam tibi misi cautionem (hic adi. summa efferri vi duobus verbis insertis clare significatur). IX 18,3: Hateriano iure. XIII 32,1: in Halesina civitate (sic incipit epistula). VII 24,1: Hipponacteo praeconio. II 16,6: hunc Hispaniensem casum. VII 20,1: Papirianam domum. XIII 53,2: Pariana civitas. III 8,10: admixto Parthico ornatu. XII

29,2: illi Semproniano senatus consulto. XIII 4,1. 5,2: Sullani temporis. V 20,4: Valerianis praedibus. XIII 18,2: in Epiroticis reliquisque rebus. VII 1,3: Graecos aut Oscos ludos. XI 19,1: quartam et Martiam legiones. XIII 8,2: Sullanas venditiones et assignationes. IX 15,2: bracatis et Transalpinis nationibus. IX 17,2: Veientem quidem agrum et Capenatem.

II. Substantivum antecedit. I 7,4: regis Alexandrini. VIII 4,5: regem A. IX 8,1: partes Antiochinas. III 7,2. legati Appiani. VII 19: topica Aristotelea. XV 2,2: rex Armenius. XIV 7,3: fundo Arpinati. XIII 72,1: possessiones Asiaticas. XIII 7,1: municipii Atellani. IX 16,4: versus Attianos. VII 31,2: gloriam antiquam Atticam. I 9,8: de agro Campano. XI 20,3: ex agris Sullanis et agro C. I 9,10: de causa C. 7,3: ipso suspiciosissimo tempore Caniniano. XV 16,1: spectris Catianis. 19,1: propter „spectra C". XIII 67,1: ex provincia mea Ciliciensi. V 10a,3: rebus gestis Dalmaticis. IX 25,2: tuis combibonibus Epicuriis. XIII 76,2: in agro Fregellano. IX 23: in Silva Gallinaria. VII 1,3: via Graeca. VIII 6,5: pantheras Gr. IX 25,3: fundum Herculanensem. IX 22,4: colei Lanuvini. XIII 8,3: praedia Laberiana. VIII 6,3: de feriis Latinis. XII 23,2: legionibus Macedonicis quattuor. XI 7,2: legionem Martiam, legionem quartam. 14,2: legionem M. et q. X 14,1: ex proelio Mutinensi. V 12,7: Hector ille mihi Naevianus. IX 15,3: emptionis Neapolitanae. II 17,1: sublato metu Parthico. XV 1,2: equitatu P. XIV 5,2: de hereditate Preciana. XIII 57,2: cum populo Sardiano. IX 16,10: de villa Seliciana. XIII 38: a quaestura mea Siciliensi. IX 22,4: scholam Stoicam. 15,5: domum Sullanam II 17,7: alariis Transpadanis. XII 5,2: tuos etiam clientes Tr. VIII 16,1: in equo Troiano. XII 26,2: hereditatem Turianam. VII 12,2: populo Ulubrano. XIV 2,2: ad tabulam Valeriam. V 20,3: praedes Valerianos. XIII 4,1: cum municipibus Volaterranis. 4,2: agrumque V.

Omnes hos locos afferendos esse putabam, ut cognosceretur et saepius secundum locum tenere eius generis adi. quam primum et compluribus locis non inconsulte adi. ante subst. locatum esse. Rohdius locis enumeratis (com. I p. 10) satis habet commemorare in universum adi. illius generis saepius ante subst. posita esse quam nonnulli grammatici opinari videantur, sed qua de causa modo altera modo altera collocatio usurpata sit exponere non studet. Equidem, quamquam satis saepe inusitatum ordinem explicari non posse concedo, tamen et in aliis et in his

enuntiatis non difficile esse intellectu arbitror quam ob rem adi. ante subst. locum tenet X 24,4: sive Africanus exercitus ... sive Caesaris accessisset. 24,8: quod si aut Caesar se respexerit aut Africanae legiones etc. XI 19,1: (Brutus putavit „quartam et Martiam legiones" secum futuras esse) nunc vero, cum sim cum tironibus egentissimis, valde et meam et vestram vicem timeam necesse est. Praeterea adi. inverso ordine locatum vi praeditum est XII 25,6: re publica Antoniano quidem latrocinio liberata. IX 18,3: tu istic te Hateriano iure delectas, ego me hic Hirtiano. etc.

Apud *Petron.* haec adi. a nom. pr. ducta leguntur 38: mel Atticum. 30: seviro Augustali. 63: vitam Chiam. 86: Asturconem Macedonicum. 34: Falernum Opimianum. 53: in hortis Pompeianis. 57. 92: eques Romanus. 57: civis R. 52: in equum Troianum. 61: propter res Venerias. At in cap. 128 legimus: „itaque hoc nomine tibi gratias ago quod me Socratica fide diligis", quod puer per ironiam dicit, nam pergit: „Non tam intactus Alcibiades in praeceptoris sui lecto iacuit." 81: „ut exsul in deversorio Graecae urbis iacerem desertus", ubi „Graeca urbs" est Neapolis. In cap. 53 actuarius recitat: „incendium factum est in hortis Pompeianis"; et Trimalchio quaerit: quid? quando mihi P. horti empti sunt? 70: attuli illi Roma munus cultros Norico ferro.

Sed postquam omnia adi. attuli, quae non modo in Cat. R. R., sed etiam in antiq. legibus et apud alios scriptores, quos perlustravi, semper aut fere semper post subst. locum tenent, restat ut singularia, quae ad adi. post subst. posita pertinent, commemorem. Atque iam supra exposui quaedam adi. quibusdam subst. addita semper secundum locum tenere, ut „publicus" cum „res", „alienus" cum „aes" coniunctum; saepissime autem eae sententiae quae ad cultum deorum pertinent, ita usu tritae sunt, ut semper certus ordo servetur. Satis enim notum est dici solere „Iuppiter optimus maximus", neque unquam adi. „immortalis" cum plurali subst. „deus" coniunctum alio loco positum inveni nisi secundo. Cat. Orat. 10,3: per deos i. Inc. orat. rel. 14: vita deum i. l. Iul. mun. 57: deorum i. Cornif. I 4,7: ad deorum i. religionem. II 30,48: dis fuerit i. Cic. ep. II 7,2: Di i.! X 3,3: incumbe per d. i! V 16,4. XIII 4,3: a dis i. X 19,2: di i. XV 5,2: dis i. XIII 4,1: deorum i. Petr. 86: dii i. 106: deos i. Apud Plautum quoque semper (in IV comoediis decies

quater) usitatum ordinem legi. At cum alio subst. coniunctum semel in Cic. ep. antecedit X 11,1: „Immortales ago tibi gratias agamque dum vivam“. Denique moneatur dici solere „*re vera*“, quod in adverbii modum usurpatur („in Wahrheit“), cum adi. „verus“ in universum substantivis antecedat. Ceterum subst. „res“ et alia, quae una ex syllaba constant, ante adi. saepe poni infra demonstrabo.

Iam ad *R. R.* revertor, cuius auctorem adi. multo saepius post subst. quam ante subst. posuisse docui. Etsi igitur in R. R. magnus numerus adi. eius modi est, ut omnino usitato loco ea posita esse ex iis, quae adhuc exposui, intellegamus, et accedit quod saepissime inveniuntur enumerationes, in quibus subst. praecedere solent etiam apud alios scriptores, tamen satis multa adi. reliqua sunt, quae apud Catonem in R. R. saepissime aut saepius post subst. locata inveniuntur. Ea enim adi., quae apud Cornif. et in Cic. ep. fere antecedunt et in universum certis de causis inverso ordine locantur, in R. R. partim semper postposita sunt partim multo saepius quam consuetudine Cornificii Ciceronis aliorum respecta exspectamus. Nonnulla exempla afferantur: adi. „vetus“ in Cic. ep. tricies primum, quinquies secundum locum tenet, at in R. R. tantummodo semel antecedit, cum undevicies postpositum legamus; „recens“ in Cic. ep. quater primo, semel secundo, at in R. R. numquam primo loco, quinquies autem altero positum invenitur; adi. „multus“, cum in Cic. ep. octogies sexies primum, undecies alterum locum, apud Cornif. decies quater primum, semel secundum, apud Petronium nunquam secundum, sed quater primum teneat, in R. R. novies post subst., bis ante subst. positum invenimus. Praeterea respiciendum est, quod de adi. „omnis“ „bonus“ „malus“ afferam. Antecedunt revera in R. R. modo haec pauca adi. „alius“ „alter“ „ceterus“; adi. „omnis“ fere totiens secundum quotiens primum locum tenet. Quibus omnibus expositis intellegimus Catonem vel alium quendam, qui R. R. ita composuit, ut nunc exstat, in universum adi. vel ea, quae apud alios scriptores omnino antecedunt, post subst. ponere solitum esse.

Enumerentur denique nonnulla adi. ex R. R. hausta, quae ibi semper fere secundum locum tenent, cum apud alios scriptores quos perscrutatus sum, omnino non legantur aut alia vi praedita sint. Significant autem quae sensibus percipimus (excipio adi. colorem aliquem significantia, quae iam supra enumeravi): *caldus* (terdecies post subst. „ager“ 6,1; „locus“ 6,1; „focus“ 75; „testum“ 76,4; „aeneum“ 79; „unguen“ 80; „aqua“ 81; 156,5; 157,3; 4; „amurca“ 95,2; „lotium“ 157,10). Semel legimus adi. „caldus“ antepositum 34,1: „in caldissimis locis“, praecedit enim: „ubi quisque locus frigidissimus aquosissimusque erit, ibi primum serito“. *frigidus* (post „iusculum“ 156,7). *aridus* (decies post „testa“ 18,7; „pabulum“ 30; „surculus“ 40,3; „mena“ 88,2; „ficus“ 99; „iris“ 107,1; „pira“ 143,3; „scopa“ 152; „brassica“ 157,15). *siccus* (post „ager“ 61,2; „dolium“ 112,3; „manus“ 117; „pratum“, 149,1). *umectus* (post „locus“ 9. 40,1). *purus* (post „sal“ 24; „mortarium“ 76,1; 76,3; 86; „cribrum“ 76,3: „tabula“ 76,3; „alveus“ 85. 87; „triticum“ 86; „aqua“ 86. 88,1; „amphora“ 88,1; „faba“ 90; „far“ 90; „dolium“ 112,3; „radix“ 127,1; „olea“ 144,3; „oleum“ 144,5; „panis“ 157,9). *putidus* (post „frons“ 37,2; „vulnus“ 157,3). *acer* (post „acetum“ 104,1). *acerbus* (post „mala Punica“ 126“; sed 65,1: „quam acerbissima olea oleum facies, tam oleum optimum erit“). *dulcis* iam commemoratum est inter adi. speciem significantia. *lenis* (vinum l. 157,13; igni l. 95,1; prunam l. 113,1; sed: l. lignis 69; l. flamma 107,1). *crudus* (post „creta“ 39,2; „alvus“ 125; „ovum“ 71; „amurca“ 130; „brassica“ 157,7). *liquidus* (post „pix“ 72; „aqua“ 73; „sorbitio“ 157,13). *maturus* (post „semen“ 17,1 (bis); „pabulum“ 30; „vimen“ 31,1; „sementis“ 35,2; sed 65,1: „domino de matura olea oleum fieri maxime expediet“, ubi adi. vi effertur, ut in enuntiato praecedente: „quam acerbissima olea etc.“ adi. gravitatis causa primum locum tenet. cf. „acerbus“). *viridis* (post „semen“ 17,1; „frons“ 30; „pertica“ 43,1; „oleum“ 3,4; 65,1; „harundo“ 160; semel anteit 145,3: „si viride oleum opus siet“). *durus* (post „surculus“ 40,2; „herba“ 48,2; „vinum“ 156,6).

b. De adiectivis quae fere antecedunt aut saepius primum quam secundum locum tenent.

Iam dicam de iis adiectivis, quae in universum ante subst. poni solent. Cuius generis adi. etsi quam ob rem alterum teneant locum satis saepe intellegere non possumus, sed satis habere debemus putare scriptorem alterum ordinem amavisse alterum non despexisse, tamen non paucis locis dilucide cognoscimus, qua de causa inusitatus ordo usur-

3*

patus sit. Neque hoc praeceptum Rohdii: „Quod adi. omnino ante subst. ponitur, id gravitatis causa collocatur ordine inverso" solum in genus dicendi eorum scriptorum, quos perscrutatus sum, quadrat, sed aliae plures causae accedunt, quibus scriptor ut usitatum ordinem omittat commovetur.[1]) Quod ex his quae affero cognoscatur.

I. Saepe adi. quod fere antecedit secundum locum tenet, ut praecipua vi efferatur. Cornif. III 8,5: conclusionibus brevibus utemur. Cic. XIII 15,3: Genere novo sum litterarum ad te usus. Non raro adi. et subst. uno aut pluribus verbis dirimuntur. Cato ad M. f. 1: iurarunt inter se barbaros necare omnis medicina. Cic. VI 10,5: quae quoniam in temporum inclinationibus saepe parvis posita sunt. VI 2,2: necesse est enim aut armis urgeri rem publicam sempiternis aut iis positis. Certa adi., ubi eis vis inest, ad verbum sequentis sententiae se applicant, ut „tantus" ad „quantus", „nullus" ad „nisi", comparativus ad sequens „quam", ut pron. „is" pron. relat. „qui" attrahitur.

II. Interdum substantivum quod alteri oppositum est, tanta vi effertur, ut adi. quasi cedere debeat.[2]) Petr. 101: et non tantum huius navigii dominus, quod regit, sed fundorum etiam aliquot. Cic. VII 1,2: popularem admirationem habuerunt, delectationem nullam attulerunt. In his duobus enuntiatis adi. „aliquot" et „nullus" usitatum locum deseruerunt, quod maior vis inest subst. „fundorum" et „delectationem".

III. Cum variae res enumerantur substantiva omnino antecedunt. In R. R. innumerabilia inveniuntur exempla. Ex Cic. ep. hoc unum affero XII 1,1: tabulae figuntur; immunitates dantur; pecuniae maximae describuntur; exsules reducuntur; senatus consulta falsa deferuntur. Adi. „falsus" ceteris locis omnibus apud Cic. antecedit.

IV. Adiectivum ubi tam arte cum uno vel pluribus vocabulis aut cum sententia cohaeret, ut neque ab iis dirimi possit et multis vocabulis ante subst. positis oratio gravior fieret, secundo loco poni

[1]) cf. Reckzei com. pag. 8: Die Stellung des Adj. erklärt sich in vielen Fällen allein aus der Fassung des ganzen Satzes.
[2]) cf. exempla, quae affert Reckzey pag. 8—10.

solet. Petron. 83: in societatem recepi hospitem Lycurgo crudeliorem. Cic. I 9,14: usus es quibusdam nobilissimis hominibus fortioribus in me restituendo quam fuerant iidem in tuendo. X 9,3: copias abduco et munere et genere et fidelitate firmissimas. Cat. R. R. 18,1: Torcularium si aedificare voles ... ad hunc modum vasa componito. arbores crassas P II, altas P VIII ... foramina longa P III ... stipites crassas P II etc., atque saepius in eodem libro. Itaque saepius superlativus cum additum est „unus" „unus omnium" secundum locum tenet. Eademque de causa secundo loco ponuntur plerumque adi. relativa quae vocantur. Cic. III 9,1: litteras dignas Appio Claudio, plenas humanitatis, officii, diligentiae. X 11,1: civem d. tuis laudibus. III 1,2: litteras plenas et amoris et officii. Petr. 102: iuvenes adhuc laboris expertes.

V. Secundum locum saepe tenet adi. in enuntiatis quae ad nom. propr. se applicant, in appositionibus, ut ita dicam. Cic. XIV 2,2: P. Valerius, homo officiosus. XIII 77,2: Marcum Bolanum, virum bonum et fortem etc. Sed non pauci inveniuntur loci, ubi inversus ordo legitur, quod ex exemplis infra allatis satis cognosci potest.

VI. In exclamationibus adi. secundum locum tenere solet. Praeter locos, quos postea commemorabo, hos affero: Petr. 24: o hominem acutum atque urbanitatis vernaculae fontem. 58: Occuponem propitium. 106: o te feminam simplicem. 91: o facinus indignum. 92: o iuvenem laboriosum. Duodecies hunc ordinem legimus, cum bis inversus inveniatur Cic. X 14,1: o gratam famam! Petr. 94: o felicem matrem tuam. Interdum in allocutionibus adi., praecipue superl. (cf. Nr. VII) secundo loco ponitur.

VII. Secundum locum amare videtur superlativus quoque quorundam adiectivorum, nam multo saepius quam positivus inverso ordine locatus legitur. Ut „optimus" multo crebrius alterum locum tenet quam „bonus", legimus porro uno loco excepto „aequo animo", sed bis „animo aequissimo" Cic. ep. VII 1,2. XIII 18,2. Positivi „iniquus" et „firmus" aliorumque adi. nunquam, at superlativi „iniquissimus" „firmissimus" etc. saepius secundo loco positi leguntur.

VIII. Quaedam substantiva saepissime primum locum tenent, ut ea quae ex una syllaba constant „vir“ „res“ „spes“ „vis“. (Nominativus pluralis substantivi „deus“ et vocativus pronominis „meus“ antecedere amant, nunquam adi. „tot“ secundo loco positum inveni). Legimus in Cic. ep. adi. „nefarius“ alias primo loco positum, sed I 9,5: „de vi nefaria“. Subst. quoque „homo“ quod saepe quidem in appositionibus legitur, etiam aliis locis antecedere amat; invenimus in Cic. ep. II 19,2. IV 3,3. 11,2. V 8,5: h. amicissimus. I 7,4: h. religiosus. III 8,3. V 17,5. IX 25,3: h. sapiens. I 8,1. III 1,1. IV 1,2. 9,2. V 6,1. XV 9,1: h. prudens; prudentissimus. XIV 14,1: h. amens. I 8,1. VI 18,3: h. diligens. Saepe legitur „h. nobilis“, „h. necessarius“. Petr. 42: h. bellus. 104: h. divinum. 127: h. peregrinum etc.

IX. Adi. inusitatum locum tenet ut dissona evitentur. Perpauca exempla mihi praesto sunt. Certissimum hoc afferro Cic. II 16,2: in hominum insolentium indignitate.

X. Denique ubi duo aut plura adi. cum uno subst. coniunguntur hae collocationes usurpantur:

a. Ubi duo adi. cum uno subst. coniunguntur, aut

1) utrumque adi. copula „et“ „que“ „atque“ coniunctum antecedit, Cic. ep. I. 8,4: fortis et constantis senatoris. Cornif. II 26,41: improbus et pestifer civis; aut
2) utrumque adi. copula coniunctum secundum locum tenet, Cic. ep. X 11,1: oratio assidua et perpetua. Cornif. III 3,5: res magnas et celsas. Cat. R. R. 73: aquam bonam et liquidam; aut
3) utrumque adi. sine copula secundum locum tenet, lex Iul. 54: lapidibus perpetueis integreis. Cat. R. R. 35,1: in locis validis non clamitosis; aut
4) alterum adi. antecedit, alterum post subst. una cum copula additur, Cic. V 12,7: clari hominis magnique; aut
5) alterum adi. primum locum tenet, alterum secundum, copula non addita, quo fit, ut substant. medio positum sit loco. Saepissime hic ordo invenitur, ubi alterum adiectivum est „alius“ vel „ceterus“. Cat. R. R. 31,2: aliam materiem omnem. lex Acil. de rep. 59: ceteras res omnis. Petr. 75: cetera quisquilia omnia. Cic. IX 20,3: bonos viros multos.

b. Cum tria (aut plura) adi. cum uno subst. coniunguntur, aut:

1) omnia adi. copula coniuncta secundum locum tenent, Cat. R. R. 112,3: dolia lauta et pura et sicca. Cic. VI 20,1: navigationis longae et hiemalis et minime portuosae; aut
2) secundum locum tenent sine copula, Cornif. II 26,41: hominem improbum avarum fraudulentum. Cic. I 8,1: hominis amantissimi, prudentissimi, diligentissimi. Cic. IX 24,3: cum viris bonis iracundis amantibus tui. Ea collocatio non raro invenitur; aut
3) quod rarissime fit, tria adi. antecedunt sine copula. Praesto mihi sunt duo exempla. Cic. XIII 29,8: ipsum Capitonem, gratissimum officiosissimum optimum virum. Hic vel in appositione adi. praecedunt! Cornif. I 4,7: docilem attentum benevolum auditorem; aut
4) unum adi. primum, duo secundum locum tenent copula coniuncta. Cic. IV 14,2: et iratorum hominum et cupidorum et insolentium; aut
5) duo adi. praecedunt, tertium aut cetera post subst. locum habent. Cic. I 9,16: de uno acerrimo et fortissimo viro meoque iudicio praestantissimo. (cf. Cornif. IV 10,15: cum aut novis aut priscis verbis aut duriter aliunde translatis aut gravioribus, quam res postulat).

Priusquam iam de singulis generibus adiectivorum, quae antecedere solent verba faciam moneatur, ut quaedam adi. post quaedam subst. omnino poni soleant ita nonnulla quoque adi. quibusdam cum subst. coniuncta semper primum tenere locum, quia cum subst. quasi coaluerunt et unam fere notionem effecerunt cui vis est adverbii. Ut semper invenies „*magno opere*“ et „*tanto opere*“, quae vocabula vel in unum contracta sunt „magnopere“, „tantopere“. Dici solet „*pluribus verbis*“ et „*brevi tempore*“, atque crebro subst. omissis invenitur „pluribus“ et „brevi“. Omnino sic locatur „*magnam partem*“, „*maiorem in modum*“ (in m. modum). In universum legitur „*multis verbis*“ „*aequo animo*“ „*magno animo*“ (cf. „magnanimus“); et ablativos subst. „ratio“, „opus“, „modus“, „genus“ rarissime primo loco positos invenies.

I. Saepissime antecedunt ea adiectiva quae numerum aliquem significant.

multus.

In *Cic. ep.* octogies primum, undecies alterum locum tenet. Semper anteit coniunctum cum voce „res“ I 9,5. VI 10,2. XIII 67: m. rebus. XVI 19: de m. r. XIII 16,1: mque in r. V 2,6: m. in rebus. III 4,1: m. iam rebus. 6,1: ad m. res. VI 1,1: m. rerum. „verbum“ I 2,1: m. verba. III 8,3: m. verbis. XI 4,1: m. a te verbis. III 8,1. V 12,9. VI 3,2: tam m. verbis. „pars“ I 2,2. VIII 9,3: m. partibus. „causa“ III 6,3. X 26,3. XV 14,2: m. de c. VII 3,4: m. causae. XII 17,1: m. et magnis de c. XIII 49: m. et veteribus c. XV 13,1 m. ob causas. „annus“ et „dies“ I 3,1. VII 1,5: m. annos. XI 27,2: m. annis ante bellum civile. XV 14,1: m. enim anni sunt. VIII 3,1: m. saepe dies. 8,4: m. diebus X 15,2: m. ante diebus. Praeterea his locis adi. antecedit I 9,20. III 1,1. 2,1. 4,1. 7,5. 8, 2(bis). IV 3,2. 7,6. V 8,1 (bis). 12, 2. 4. 17,2. 21,2. VI 5,4. 6,2. 14,2. VII 33,2. VIII 3,3. 7,2. IX 15,4. 21,2. 26,4. X 8,3. XI 4,2. 14,3. 20,1. 22,1. XII 23,1. XIII 50,1. 60,2. 65,1. 77,1. 77,2 (ter). XIV 5,1. 7,2. XV 3,1. 4,2. 4,10. XV 6,1. 15,3. 21,4. XVI 26,1.

Antecedit autem subst. cum „multus“ coniunctum his locis XIII 19,1: *cum officiis eius multis, tum etiam consuetudine cotidiana,*[1]) ubi subst. „officiis“, quia oppositum est sequenti „consuetudine“ ante adi. locum tenet; eademque de causa hic adi. post subst. positum est XVI 17,1: *cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multae* et VII 3,2: *cuius me mei facti paenituit non tam propter periculum meum quam propter vitia multa, quae ibi offendi.* Hoc quoque loco substantiva anteeunt, ut maiore vi efferantur VI 6,1: *quod tibi pro nostra et meritorum multorum et studiorum parium coniunctione deesse non debet.* Chiasmus qui vocatur hic exstat XV 4,10: *aggere vineis turribus oppugnavi ususque tormentis multis, multis sagittariis magno labore meo.* Neque inconsulte in hoc enuntiato „multus“ inusitatum locum tenere videtur XIII 2: *nam propter opera instituta multa multorum subitum est.* Praeterea adi. post subst. locatum legimus II 4,1: *Epistularum genera multa esse non ignoras,* ubi adi. ordine

---

[1]) Eos locos, ubi adiectivum post substantivum locatum est, notavi *diductis litteris*, ut statim cognosceretur collocatio inusitata.

inverso maiore vi effertur. IV 13,2: *careo enim cum familiarissimis multis, quos . . ., tum omnibus amicis.* IV 5,1: *sine lacrimis m.* IX 20,3: *bonos viros m.* (cf. pag. 38. X a. 5). XI 27,5: *ut domum ventitares horasque m. saepe suavissimo sermone consumeres.*

Apud *Cornif.* adi. „multus“ his locis antecedit, cum „res“ coniunctum II 54,68: m. rerum. „locus“ III 17,30 (bis). 19,32. „verbum“ III 23,38: multorum v. Cum aliis subst. coniunctum praecedit II 7,11. 8,12. 24,37. 24,38. III 17,30. 19,31. 20,33. 21,29. 37,49. At secundum locum tenet hic III 2,3: *rerum multarum memoria et usus complurium negotiorum,* ubi vide positionem verborum, quae signari potest litteris c b a : a b c; cf. quod paulo infra legitur: „rerum magnarum appetitio et rerum humilium contemptio“ (c b a : c b a).

In *Cat. R. R.* „multus“ saepius alterum quam primum locum tenet, praecedit enim bis adi., subst. sexies. His duobus locis adi. ante subst. locatum invenimus 60: pabulum cum seres, multas sationes facito. 157,7: ubi ex multo cibo alvus non it. In hoc enuntiato 2,2: *ubi eas aliasque causas multas dixit,* „multus“ propter additum adi. „alius“ secundum locum tenere videtur, nam cum et adi. „alius“ vel „ceterus“ et aliud adi. ad unum subst. adduntur, subst. saepius medium locum tenet in R. R. (cf. pag. 38. X a. 5 et adi. „omnis“). Quia enumeratio exstat adi. post subst. locatum est 3,2: *cellam oleariam vinariam dolia multa.* Praeterea ita adi. positum est 1,6: *vinea est prima (si vino bono) vel si vino multo est;* 143,2: *gallinas m. et ova uti habeat,* hic vis maior inest substantivis, qua de causa adiectivo locus alter datur. 157,3: *aqua calida multa lavato;* denique in hoc enuntiato adi. non exigua vis inest 1,5: *ad villam cum venies videto vasa torcula et dolia multane sient;* sequitur enim „ubi non erunt, scito pro ratione frumentum esse“, quod non ita intellegendum est „ubi omnino non dolia erunt“, sed „ubi non multa“ i. e. „pauca“ sunt; nam ex numero doliorum fructus quantus sit colligi potest.

In *Cat. frg.* praecedit adi. uno loco excepto. Invenimus „multo pulmento usi“, Orig. 3,7. „m. nova miracula“, Orat. 1,2. „m. mortales“, 9. „m. mortalibus“, 9. „m. beneficia“, Orat. inc. sed. „sed m. populos atque m. nationes idem noluisse arbitror“, Orig. 5,2. At in hac sententia adi. singulari vi praeditum esse videtur Orat. 1,13: *si quis strenue fecerat, donabam honeste, ut alii idem vellent facere, atque in contione verbis multis lauda-*

bam, nam siquidem Cic. ep. respicimus usitatum ordinem esse cognoscimus „multis verbis“.

Apud *Petron.* in sermonibus adi. „multus“ quater primo loco, secundo positum nunquam legi. 39: m. pecore. m. pedibus. 47: m. iam diebus. 141: m. bonorum.

plures.

In *Cic. ep.* semper (undevicies) locum primum habet, plerumque cum vocabulo „verbum“ coniunctum; „pluribus verbis“: III 2,2. 7,1. 10,11. IV 4,4. 9,1. VII 1,6. VIII 7,1. XI 5,3. XII 7,2. XIII 2. 6ᵃ,1. XIV 17. XV 13,2. 14,6. Ceteris locis cum aliis subst. coniunctum est VI 9,2: pl. rebus. 10,6: et pl. te amicos habere. IX 18,3: pl. iam pavones. 20,1: pl. praedia. XV 7: pl. beneficiis.

Apud *Cornif.* adi. antecedit II 1,2. III 24,40. IV 25,35 (his tribus locis cum „verbum“ coniunctum). I 7,11. 12,20. 17,27. II 1,2. 11,16. 18,28. 25,39. 29,46. IV 20,28. 21,29. 22,30. 31. 28,39. 33,45. 35,47. 40,52. 43,56. 53,66. 67. Contra his quattuor locis subst. praecedit I 17,27: *si plures erunt constitutiones . . ., iudicationes quoque plures erunt*, ubi vis maior inest subst. „iudicationes“. IV 12,17: *soloecismus est, cum in verbis pl. consequens verbum superiori non accomodatur.* 34,46: *cum translationes pl. frequenter ponuntur.* 35,47: *et separatim res dividit pluris.*

plurimus plurimi.

Singularis in *Cic. ep.* bis antecedit III 7,5: pl. rerum usu. VI 6,3: plque, ut tu scis, doctrinae studio; undecies pluralis II 3,2. 5,1. V 18,1. VI 6,4 22,2. X 6,2. XI 28,1. XIII 43,1. 55,2. 63,1. XIV 2,1. Adi. post subst. locatum est his duobus locis X 4,1: *in quo tuendo habeo causas plurimas*, ubi adi. gravitatis causa inverso ordine videtur esse positum. XIII 43,1: *qui (cum) consuetudine cotidiana, tum officiis plurimis maximisque mihi coniunctus est.*

Cornif. semper primo loco hoc adi. ponit. II 3,4: quam pl. vitiis. III 5,9: quam plurima rerum ante gestarum exempla. 24,40: quam pl. locos. II 19,29: pl. et pessimas rationes.

At in *Cat. R. R.* tribus locis, ubi legitur, post subst. locum habet 28: *cum terra sua quam pl.* 61,2: *radices quam plurimas.* 161,4 4: *stercus ovillum quam pl.* (cf. pag. 36. IV).

Adiectiva **plerique** et **permulti** semper primo loco posita inveni. *Cat. Orig.* 5,5: plerisque hominibus. *Cornif.* III 23,38: plerosque Graecos. *Cic.* XIII 65,2: pl. sociis. III 3,2: permultos a te milites. IX 14,1: p. optimi viri.

complures.

Cic. ep. II 8,2. XII 2,1: c. dies. X 6,3: c. in perturbatione reipublicae consulares. 8,3: c. civitates. 34,1: c. milites et equites. XIII 7,4: c. necessarios. Sed quater inversum ordinem invenimus; atque in hac sententia propter adi. „alius“, quod omnino primum locum tenere solet, adi. „complures“ postpositum est XIII 19,1: *cum aliis c.* Praeterea hi loci afferendi sunt XII 12,1: *scripsi ad te tabellariosque complures Romam misi.* 15,2: *naves c. instructas et paratas.* XV 4,9: *castellaque vi capta complura incendimus. Cornif.* III 2,3: c. negotiorum. IV 1,1: c. de causis. At II 1,2: *esse causas *compluris**. III 18,30: *nam ut si in ordine stantis notos compluris viderimus.* IV 29,40: *cum rationibus c. enumeratis.* In *Cat. Orig.* bis secundum locum tenet I 20: *eodem convenae complures ex agro accessitavere*, quo loco Iordanus scribit „convenae et“ (cf. Cic. de or. I 9,27: an vero tibi Romulus ille aut pastores et convenas congregasse videtur“) et I 23: *fana in eo loco c. fuere*, ubi ex compluribus verbis insertis colligo adi. praecipua vi efferri. — Cognoscimus igitur adi. „complures“ saepius quam cetera huius generis adi. adhuc allata post subst. locatum esse neque, quibus de causis factum sit, omnibus locis intellegere possumus.

nonnullus nonnulli.

Cic. ep. I 5ᵃ,4. VIII 16,5: n. hominum. III 8,2: n. in conviviis. VII 2,3: n. invidis meis. IX 16,3: n. acute aut facete dictorum. III 5,3: n. in dubitationem. X 28,1: n. habeat querelam. Cum pluralis apud Cic. nunquam secundo loco positus legatur, sing. bis hunc locum tenet II 13,2: *Genus institutorum et rationum mearum dissimilitudinem nonnullam habet cum illius administratione provinciae.* V 13,3: *spem nonnullam*, paulo infra legitur „spe ulla“, ceterum cf. quod de subst. „spes“ dixi pag. 38. VIII.

aliquot.

Apud Catonem et Cornif. semper, apud Cic. plerumque antecedit. *Cat. R. R.* 157,16: a. dies. *Orig.* 5,1: a. dies. *Orat.* 1,13: a. pauca castra. *Cic.* VII 18,1: a. litteras. VIII 12,2: cum eius a. amicis. Apud Cic. semel inversus ordo legitur XII 15,5: *quam suspicionem consecutae res aliquot auxerunt* (cf. pag. 38. VIII). *Cornif.* III 23,38: a. de causis. In sermonibus *Petronii* legimus 46: aliquot libra rubricata. 85: a. basiolis. 86: a. horis.

Sed 45: *Iam Manios a. habet et mulierem essedariam.* 101: *et non tantum huius navigii dominus, quod regit, sed fundorum etiam aliquot,* cf. pag. 36. II.

pauci.

Antecedit apud Cat., Cornif., Petr. et apud Cic. uno excepto loco. *Cat. Orat.* I 13: aliquot p. castra. *Cornif.* III 6,11: p. verbis commutatis. In IV 33,45 exemplum abusionis affertur hoc „uti pauco sermone". *Cic.* I 9,9. IX 2,1: p. post diebus. XIII 41,2: paucis ante d. IV 5,4: p. post annis. VI 2,3: in his p. verbis. XIII 63,1: p. verbis (cf. „multus" cum „verbum" coniunctum). XI 12,1: cum p. inermis, perterritis metu. XII 14,1: cum paucioribus et minoribus navibus. XV 4,15: pauciores viri. *Petron.* 63: post p. dies. 87: p. diebus. Sed *Cic.* VIII 17,2: *nam hic nunc praeter feneratores paucos nec homo nec ordo quisquam est nisi Pompeianus.*

Adi. **pauculi** ubi legi semper antecedit. *Cat. Orat.* 1,12: p. homines. 2: p. amicos meos. *Cic. ep.* IV 12,3: p. servos.

reliquus reliqui.

Singularis „reliquus" apud *Cic.* primum locum tenet coniunctus cum subst. „tempus" V 4,1. X 34,4. XII 8,2. XIII 77,1; cum „vita" I 7,9. X 3,2. XV 4,13; aliis cum subst. I 1,3. 9,5. 9,15. IV 12,1. VII 28,3 (r. spem nullam). VIII 1,4. X 15,3. XI 28,4 (reliqua mea spes). XV 4,2 (bis). 4,4. Antecedit autem subst. apud Cic. singulari „reliquus" XI 5,2: *spem r. nullam.* XIV 3,3: *spes reliqua.* 4,6: *spes r. nostra.* XII 5,2: *nihil belli reliqui fore videbatur.*

Pluralis „reliqui" cum subst. „res" coniunctum antecedit apud *Cic.* III 1,1. V 11,1. 12,2 (bis). XI 8,2. XIII 18,2. XV 13,3 (omniumque mearum r. rerum). Praeter illos locos antecedit I 1,3. 9,12. II 4,1. 16,5. VII 1,1. 1,2. IX 16,4. X 32,4. 34,1. XII 14,1. 15,6. XIII 6ª,2. 19,1. 29,7. 30,1. 61. XV 1,6. Facile autem intellegitur, quam ob rem hoc in enuntiato adi. alterum teneat locum VIII 16,2: *Quare si tibi tu, si filius unicus, si domus, si spes tuae reliquae tibi carae sunt.* Praeterea apud Cic. pluralis post subst. positus est XIII 65,1: *cum civitatibus r.* Apud. *Cornif.* legimus II 31,50: reliquas exceptiones; apud *Petron.* 38: r. autem collibertos.

ceterus ceteri.

In *legibus* hoc adi. semper ante subst. locum habet. Agrar. 8: ceterorum locorum agrorum aedificiorum. Corn. de XX. quaest. I 39: ita utei ceterei eius decuriae praecones. II 29: a cetereis viatoribus. II 26: utei cetereis viatoribus. Acil. de rep. 59: ceteras res omnis. Iul. mun. 156: ceterae tabulae publicae. In *Cat. R. R.* legitur quindicies ante subst. positum 6,4. 14,5. 17,1. 18,6. 36. 54,2. 61,2. 64,2. 115,2 (bis). 130. 133,1. 147,1. 148,2. 149,1. Semel subst. antecedit 13,2: *centumpondium incertum I et pondera cetera,* quo loco Politianus ex codice Marciano lectionem „cetera" in editionem principem, quae „certa" praebebat, transtulit. *Plautus* adi. raro usurpare videtur; nam in quattuor comoediis bis legitur, semel ante subst., semel post subst. locatum. Men. 281: Mes. Non hercle vero. Cy. Ubi convivae ceteri. Trin. 279: Feceris par tuis ceteris factis. Apud *Cornif.* adi. semper antecedit I 9,16. 17,27. II 7,11 (bis). 12,18. 22,34. 29,46. 30,48. 31,50 (bis). III 2,3. 8,15. 15,27. 16,28. 29. 20,34. 24,40. IV 41,53. 47,60.

In *Cic. ep.* tricies septies praecedit, cum subst. „res" coniunctum his locis I 1,2. 2,4. IV 4,4. V 20,1 VI 17,1. X 5,1. 22,3. XII 14,4. 21. 22,3. 26,2. 30,6. XIII 36,2. 66,2. 69,2. XIV 10. 15. XV 10,2. 14,4. 21,3. Uno loco, ubi variae res enumerantur inversum ordinem legimus, VIII 11,4: *multa transi, imprimis ludorum explosiones et funerum et ineptiarum ceterarum, plura habet utilia.* — Apud *Petron.* legimus 47: cetera minutalia. 75: cetera quisquilia omnia.

omnis omnes.

In *legibus* „omnis" antecedit semper cum genetivo pl. substantivi „res" coniunctum. Corn. de XX. q. I 40. II 3. Acil. rep. 73. Urs. IV 3,37. Rubr. II 10,40: o. rerum. Praeterea Urs. IV 2,21: deque iis o. rebus. III 4,34: omnib(us) accusatorib(us). At secundo loco positum legimus saepius, ubi pron. „is" primum tenet locum. Corn. de XX. q. I 34: *Eosque viatores eosque praecones omnes quos.* Acil. rep. 14: *ea nomina omnia.* 59: *eas res omnis simpli, ceteras res omnis dupli.* Rubr. II 45: *d(e) e(is) r(ebus) omnibus.*

In *Cat. R. R.* undevicies post subst., vicies bis ante subst. positum legitur. Antecedit his locis 1,6: de o. agris. 5,7: si unam rem sero feceris, omnia opera sero facies. 8,2 (bis): o. genus. 133,2: haec o. genera. 21,2: omnis quattuor lamminas.

23,2: o. dierum. 32,2: per o. ramos. 76,3. 4: o. caseum. 144,3: o. oleam puram. 144,4: o. socii. 146,1: omnis pecuniae. 156,1: o. holeribus. ad o. res. 157,2: de o. brassicis. 157,3: ad o. vulnera. haec o. ulcera. 157,14: ad o. ulcera vetera. 157,3: o. putorem. 157,8: o. articulos. 161,1: in o. partes. Contra adi. in R. R. secundum locum tenet omnibus locis, ubi simul adi. „alius" aut „ceterus" subst. additum est, quo fit, ut subst. medium teneat locum. 2,1: *aliarumque rerum omnium.* 31,2: *aliam materiem omnem.* 51. 133,2: *aliaque mala omnia.* 36: *ceterum stercus omne.* Nonnullis locis Cato usus est ea collocatione, quae vocatur hyperbaton, ut adiectivo maiorem tribueret vim, ut 73: *dato bubus bibant omnibus,* quo in capite bubus medicamentum quotannis dari Cato iubet, et dicit „omnibus", cum non tam aegrotos quam omnes, qui quidem sani sunt, ne postea in morbum incidant, ita tractari velit. 144,1: *oleam cogito recte omnem arbitratu domini.* 156,7: *postea aquam defundito non omnem,* ubi tanta vi adi. effertur, ut vertamus: „dann giesse das Wasser ab, aber nicht alles." Praeterea adi. secundum locum tenet 5,4: *opus rusticum o.* 50,1: *herbasque malas o.* 5,7: *opera omnia.* 14,1: *parietes o. tigna o.* 98,1: *ligneam supellectilem o.* 98,2: *ahenea o.* 135,3: *spartum o.* 157,5: *huiusmodi ulcera o.* 157,7: *nam venae omnes.* 162,3: *salem o.*

In *Cat. frg.* sexies primo, ter secundo loco positum invenimus. Antecedit Orig. 4,7: o. Graecia. Orat. 1,8: o. classem. 11,1: o. adulescentiam meam. 45: o. adversarios. 74: o. tempore. Carm. de mor. 1: o. vitia. Antecedit autem subst. Orig. 5,8: *urbes insulasque omnis,* ubi adi. ad utrumque subst. pertinet. Maiore autem vi effertur in illo libro iam saepius commemorato (ad Marc. f. 1), ubi uno verbo subst. et adi. dirempta sunt *„iurarunt inter se barbaros necare omnis medicina".* Denique Orat. 11,2: *Quid mihi fieret si non ego stipendia omnia ordinarius meruissem semper.*

Neque inutile esse videtur, quia hoc adi. etiam apud *Plautum* crebro invenitur examinare, quomodo in illius quattuor comoediis coniunctum sit cum subst. Tricies sexies ante subst., tricies ter post subst. locatum invenimus. Cum plurali subst. „deus" coniunctum semper secundum locum tenet: „di omnes" Men. 451. Trin. 997. „deosque o." Men. 621. 655. „di tibi o." Capt. 355. „di te o." Capt. 859. „di illum o." Men. 596. „di me quidem o. adiuvant" Men. 550. „di deaeque o." Mil. Gl. 502.

Subst. „res" non saepius secundo quam primo loco positum est; legimus enim „rem omnem" Men. 518. 679. Mil. Gl. 874. „rerum o." Men. 813. Mil. 1355. „res mihi o." Capt. 536. „rem suam o." Trin. 114. „o. res" Capt. 673. Mil. 593. „ad o. res" Mil. 660. „ad o. conparebo tibi res" Mil. 662. „o. palamst res" Capt. 525. „o. mihi rem" Men. 119. Legimus et „o. hominum" Trin. 1115 et „hominum o." Men. 1053. Ubi maxima vi effertur unum aut plura verba inseri solent, „o. profecto mulieres" Mil. 1264; „o. circumimus insulas" Men. 232, et saepius.

Apud *Cornif.* plerumque primo, rarissime secundo loco positum legitur „omnis". Semper antecedit coniunctum cum subst. „res" II 1,1. 16,24. 21,33. 27,34. 30,48. III 8,15. 20,33. IV 5,7. 48,61. „pars" II 8,12. 16,24. 20,31. III 4,8. 8,15. 14,24. 16,28. IV 5,8 (bis). „verbum" III 3,6. 20,33. 21,34. „oratio" III 2,2. IV 8,11. 41,53. Subst. „ratio" his locis post adi. locatum invenitur I 16,26. *II 1,2.* III 2,2. 2,3. IV 56,59. Praeterea adi. „omnis" praecedit I 17,27. II 7,10. 11,16. 19,30. 20,32. 21,34. 22,34. III 1,1 (bis). 4,7. 6,11 (bis). 8,15 (bis). 11,21. 24,40. IV 5,8. 7,10. 12,17. 25,35. 33,44. 56,69 (bis). Antecedit autem subst. his paucis locis I 16,25: *quo ratio omnis totius orationis conferatur* (sed I 16,26: omnem rationem totius orationis eo conferre oportebit). I 17,27: *ratio omnis utriusque orationis.* In II 17,26 legimus: *his locis omnibus* propter additum pron. demonstr. cf. Cat. R. R. In hoc enuntiato IV 15,22: *interrogatio non omnis gravis est neque concinna* adi. „omnis" praecipua vi praeditum est, quod optime ex inserto vocabulo „non" cognoscitur. In hac sententia IV 32,43: *quod plena consuetudo est non modo poetarum omnium et oratorum* adi. „omnis" et ad subst. „poeta" et ad „orator" pertinet, cf. IV 5,8: ab omnibus oratoribus et poetis. Denique quod legimus II 12,17: *maiestatem omnem interire non passus sum,* adi. „omnis" hic artius cum verbo „interire" coniungitur („dass die H. gänzlich untergehe").

In *Cic. epist.* multo saepius ante subst. quam post subst. positum inveni; tenet enim primum locum trecenties octogies, secundum nonagies octies. Cum quibusdam subst. coniunctum semper aut fere semper antecedit, ut cum subst. „officium" I 1,1. 2,4. III 4,2. 5,4. 7,6. 9,1. IV 6,1. V 5,1. 17,3. XI 27,8. XIII 9,3. 47. 66,1. XV 10,2. „negotium" I 3,2. 6,1. III 12,3. XII 29,3. XIII 29,4. Sed XIII 33: *quos tibi negotiaque omnia Nasonis non secus commendo.* „cura" I 7,9. IV 3,4. 6,2. VI 14,1. X

20,2. XII 24,1. 30,2. XV 2,6. XVI 15,1. „homo“ et „vir“ I 9,16. IV 1,2. V 18,1. VII 1,2. X 4,4. XIII 8,1. „civis“ IV 3,2. X 5,3. 31,5. Cum subst. „tempus“ coniunctum plerumque antecedit V 15,1. 15,4. 15,5. 21,1. IX 20,3. X 34,3. XII 1,1. XIV 4,1; sed I 9,1: *hoc tempus omni.* XV. 4,9: *id tempus omne.* Nam apud Ciceronem subst. saepius inter pron. et adi. „omnis“ locum tenet, quamquam interdum quoque pron. primo, adi. secundo, subst. tertio loco positum legimus V 21,1: hoc o. tempus. V 2,4: his o. rebus. VI 2,1: tuasque o. res (cf. XII 26,2: ceterisque o. rebus), at I 8,6: *meae res omnes.* 9,24: *de tuis rebus omnibus.* V 11,1: *reliquis tuis rebus omnibus.* IV 13,3: *iis rebus omnibus.* VII 13,2: *de istis rebus omnibus.* XV 15,2: *horum malorum omnium.* Ceterum adi. „omnis“ cum subst. „res“ coniunctum fere primum habet locum, exceptis locis quos iam attuli, aliisque paucis. Legimus I 9,10: *circumspectis meis rebus o. rationibusque subductis*; subst. praecedit praeterea VI 22,1. XII 21: *rebus o.* Paulo saepius gen. pl. antecedit adiectivi; legimus enim „omnium rerum“ IV 3,2. 13,2 (o. r. atque temporum). V 13,4. VI 1,1. 21,1. X 3,3. 4,4. 7,1. XI 2,3. 13^{a},2. XV 13,3 (omniumque mearum reliquarum rerum), et *„rerum omnium“* I 9,22: *me quidem certe tuarum actionum sententiarum voluntatum rerum denique omnium socium comitemque habebis.* V 12,10. VI 6,13. Reliqui loci ubi ad subst. „res“ additum adi. antecedit sunt hi I 3,2. VI 7,2. 8,1. 21,1. VIII 11,3. X 8,7. 23,6. XII 14,1. 21. XIII 4,3. 28^{a},2. 35,2. 38. 51. 64,2. 77,2. XV 8 („o. rebus“). I 7,1. 8,1. III 1,2. IV 2,1. VII 10,4. XIV 9.21 („de o. rebus“ aut „o. de r.“); III 5,1. IV 8,2. V 4,2. 8,2. VIII 8,2. X 10,2. XIII 26,2. 53,1 („in o. r.“ aut „o. in r.“). IV 8,1. 11,1 („in o. re“); XI 9,2. XII 15,1 („de o. re“). VI 10,1. X 15,1 („ad o. res“); X 8,6 („ab o. re“). Subst. „spes“ altero loco legitur VI 6,2. 7,5. X 22,1. XI 5,2. 24,1. XII 1,1. XVI 5,2. Antecedit autem X 14,1: *Atqui etiam hostibus fusis spes o. est in te.* XII 2,3: *quare spes est o. in vobis.* XI 25,1: *scito igitur in te et in collega spem o. esse.* XII 8,1: *spemque o.* (cf. pag. 38. VIII).

Afferantur iam nonnulli loci, ubi certis de causis adi. inusitatum locum tenere cognoscimus. In hoc enuntiato VII 24,3: *observor a familiarissimis Caesaris omnibus praeter istum* adi. „omnis“ arte cum sequentibus „praeter istum“ coniungitur, ut apte illum locum tenere intellegamus. Eadem de causa adi. altero loco positum est XII 14,2: *onerariae omnes ad unam*

a nobis sunt exceptae. Contra in his duobus enuntiatis adi. cum pron. „tuus“ coniunctum secundum locum tenet ea de causa, quod pron. arte ad antecedens pron. pers. se applicat III 5,2: *tu tuique omnes.* VIII 16,5: *ne te tuosque omnes.* Quia enumeratio exstat adi. post subst. locatum est I 9,10: *immo vero legum, iudiciorum, otii, patriae, bonorum omnium.* VI 22,2: *nobis, parenti, coniugi tuisque omnibus.* VII 26,2: *fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt.* Interdum ad extremum membrum „denique“ additum est X 21,4: *duobus iam consulibus singularibus amissis, tot civibus pro patria occisis, hostibus denique omnibus iudicatis bonisque publicatis.* II 6,3: *Ego omnia mea studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem . . . fixi.* I 9,22 iam supra allatum est. Quod autem spectat ad utrumque subst. praecedens, hoc loco post subst. positum est I 9,10: *in illis autem meis actionibus sententiisque omnibus, quae Pompeium videbantur offendere.* Quod ipsum adi. maiore vi effertur, inusitato ordine locatum est XII 10,1: *sententiis omnibus hostis . . iudicatus est.* 30,3: *vultus mehercule tuos mihi expressit omnes.* Contra in hoc enuntiato XIII 28^{b},2: *non nostra solum, sed etiam Graeciae monumenta omnia* opposita sunt „nostra“ sc. „monumenta“ et „Graeciae monumenta“, itaque primum locum tenet „Graeciae“, secundum „monumenta“, tertius adiectivo reliquus est. Chiasmus qui vocatur exstat XVI 14,1: *omni delectatione litterisque omnibus.* I 9,24: *ut omnes gentes etiam et posteritas omnis intellegat esse facturum.*

Apud *Petronium* antecedit „omnis“ hisce locis 33. 39. 43. 44. 50. 61. 62 (bis). 69 (bis). 71 (quater). 76 (ter). 81. 86. 88. 92. 98. 101 (bis). 107. 118. 132. 137. 140. At praecedit subst. his locis 37: *haec lupatria providet omnia*, ubi propter additum „haec“ et 75: *cetera quisquilia omnia*, ubi propter additum „cetera“ adi. „omnis“ secundo loco positum est. Bis legimus altero loco positum in narratione Eumolpi, qui altiore dicendi genere utitur 84: *vitiorum o.* 88: *herbarum o.* At in hoc enuntiato 76: *statim redemi fundos omnes, qui patroni mei fuerant* adi. ad sequens relativum se applicat.

Denique commemoretur adi. „omnis“ coniunctum cum pron. demonstr. apud Cic. secundum locum tenere solere, ut Latina lingua dicatur „cum iis omnibus“ VI 12,2, cum nostra lingua

dicamus „mit allen diesen"; XII 29,1: iis me o. VII 20,1. X 12,5: haec o. IX 15,1: illorum o. cf. reliquis omnibus VII 3,5 (nos dicimus „alle übrigen"); in alia omnia VIII 13,2. X 12,3. Contra in hoc enuntiato pron. demonstr. ad sequens relativum se applicat XII 16,1: omnibus iis, qui Athenis sunt. Atque apud Petronium legimus 44: omnia illa. 71. 140: o. ista. 71: o. illos.

cunctus cuncti.

Antecedit in *Cic. ep.* I 9,16: c. ordinibus. XV 12,1: c. suffragiis. III 11,2: [a] cuncto populo. V 8,2. X 12,4. 22,1: c. civitas. X 16,1: c. a senatu. Post subst. positum est X 21,5: *Huc me venire et duobus exercitibus coniunctis obicere exercitum fidelissimum, auxilia maxima, principes Galliae, provinciam cunctam summae dementiae et temeritatis esse vidi.* 35,1: *nam exercitus cunctus consuetudinem suam . . . retinuit.*

universus.

In *Cic. ep.* antecedit cum „res publica" coniunctum I 9,16. VI 21,3. VII 3,5. XII 6,2. XVI 12,1. III 3,1: u. senatui. X 24,3: universus exercitus. XIII 9,2: u. ordini. VI 10,3: u. studium meum. XVI 27,1: ab universo naufragio. De XIII 65,2: *ea societas universa* conferatur, quod de adi. „omnis" cum subst. coniuncto, ubi pronomen additum est, disserui. In hac sententia concinnitatis causa subst. antecedit II 3,2: *et nos amicos et cives tuos universos et rem publicam afficies.* Praeterea his duobus locis adi. post subst. positum est X 12,4: *populus Romanus u. et omnium generum ordinumque consensus . . . conspiravit.* XII 4,1: *populo vero nihil fortius, nihil melius Italiaque universa.*

innumerabilis.

Cic. XVI 1,3: de tuis i. in me officiis. 6,1: ad tua i. in me officia. II 6,2: tua in me vel i. beneficia. Sed III 10,3: *Talia te cum studia videam habiturum esse innumerabilia.* Qua de causa *Cornificius* scripserit III 23,28: *in verborum innumerabilium multitudine* neque „in innumerabilium v. m." facile est intellectu. *Petron.* 100: i. comitata sideribus.

tot.

Hoc adi. apud omnes scriptores, quos perscrutatus sum, semper primo loco positum inveni. *Cat. R. R.* 158,2: ex iis tot rebus. tot res. *Cornif.* IV 2,3: in tot poematis. *Cic. ep.* IV 5,4 (bis). V 10ª,1. 20,5. VI 7,3. VII 3,1. 11,1. IX 1,1. X 3,3. 21,4. 32,2.

XV 19,1. *Petron.* 17: tot annorum. 38: t. culcitas. 94: tot verba. Cf. pag. 38. VIII.

totidem.

Lex Urs. III 4,35: totidem horas. I 4,3: *II viri apparitores totidem habento, [quot] sing(ulis) apparitoribus ex h(ac) l(ege) habere licet. Cat. R. R.* 62: t. plostra. 64,2: t. modiis. 148,1: t. dies. *Cic.* III 8,4. V 20,2: t. verbis. XIV 4,2: t. dies. *Petron.* 39: in totidem se figuras.

creber.

In enuntiato apud *Cat.* in *R. R.* 151,3: *semen serito crebrum* adi. artius ad verbum „serito" se applicat, ut vertamus „säe dicht". *Cic. ep.* III 5,4: quam creberrimis litteris. V 3,1: cr. contionibus. VI 8,2: cr. litteris et nuntiis. XII 25,2: crebras vel potius cotidianas compellationes meas. XV 20,2: crebris nos litteris. 21,1: cr. et longis epistulis. XII 5,2: cr. litteris. XII 30,1: *litteras crebriores, cum tu mihi raro mittas, flagitare.* Apud *Cornif.* antecedit adi. III 8,15: crebras et brevis amplificationes. 14,24. 25: c. intervallis. IV 12,18: crebras vocalium concursiones. 19,16: crebro et celeri volnere. 25,35: crebra repetitio verbi. III 14,25: *voce attenuatissima clamore leni sono aequabili commutationibus crebris* („crebris" in prima et altera codd. classe desideratur).

frequens.

Cic. ep. I 4,1. 9,8. X 16,1. XII 25,1: fr. senatu. VIII 13,2: fr. senatus. IX 14,1: fr. necessarii mei. X 33,5: duas non fr. tironum legiones. X 31,1: frequentioribus latrociniis. In his duobus enuntiatis adi. artius ad verbum se applicat XII 22,3: *senatus fr. mihi est assensus.* XVI 11,3: *senatus tamen fr. flagitavit triumphum.* Apud *Cornif.* antecedit adi. IV 19,27: f. ecferat verbis. 44,56: ex fr. exornationibus. Sed semel subst. anteit III 13,23: *distributio est in contentione oratio frequens etc.* (cf. enuntiati praecedentis verborum collocationem: continuatio est orationis enuntiandae acceleratio clamosa).

nullus.

In *Cat. R. R.* ter antecedit adi. 157,7: n. res. 157,8: n. sumptus. 157,12: n. res. Semel subst. praecedit 138: *mulis feriae nullae nisi si in familia,* ubi verbum „nisi" adi. „nullus" quasi ad se attrahit. In *frg.* legimus Orig. 18,1: nullum mihi vitium. Inc. orat. reliq. 3: nulli rei. Sed *Orig.* 4,7: *tamen vulnus capiti nullum evenit.*

In *Cic. ep.* centies vicies septies adi., tricies subst. praecedit. Cum subst. „pars" coniunctum est I 4,3. 9,2. 8,6. X 31,2. XII 23,3. XIII 1,2; cum „modus" II 16,2. IV 4,2. 8,1. V 16,4. VI 6,12. 19,2. VII 24,2; cum „res" I 8,6. IV 4,4. V 7,2. 17,2. 18,1. VI 12,1. IX 3,2. 16,3. X 29. XIII 49. 69,2. 76,1. XVI 4,3. Quibus omnibus locis ante subst. positum est. Bis subst. „res" antecedit IV 13,1: *non modo certa res nulla, sed ne genus quidem litterarum usitatum veniebat in mentem*, ubi adiectivo minor est vis quam substantivo. Gravitatis causa adi. alterum locum tenere videtur hac in sententia VIII 7,2: *res autem novae nullae sane acciderunt.* Praeterea his locis subst., quod alii subst. oppositum itaque vi efferendum est ante adi. locum habet VII 1,3: *in quo admiratio magna vulgi atque turbae, delectatio nulla exstitit.* 1,2: *quae popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent.* X 6,3: *non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas.* VI 4,4: *in quo non modo dolor nullus, verum finis etiam doloris futurus sit.* IV 13,3: *nunc non modo agendi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem.* Hac in ultima sententia opposita sunt „agendi" et „cogitandi", itaque „agendi" apte primum locum habet, apte iuxta „agendi" locatum est „rationem", qua de causa adi. cedere debet. In hoc enuntiato VI 6,5: *civile bellum nullum omnino* non inconsulte „nullus" iuxta „omnino" locum tenet. VII 28,3: *reliquam spem n.* XI 5,2: *spem r. n.* Praeter locos iam allatos subst. antecedit I 7,4. IV 6,3. VI 1,2. 3. 4,2. 20,2. VII 11,2. 17,1. 28,3. VIII 6,3. 16,5. IX 6,4. XII 1,1. 30,1. XIII 8,3. 35,1. 36,1. 42,2. XIV 6. XV 1,5. 18,1.

Apud *Cornif.* adi. „nullus" semper antecedit coniunctum cum „res" II 7,11. 30,48 (bis). III 3,5. 5,8. 22,35. IV 49,62. Praeterea antepositum his locis legimus II 11,16. 17,25. 19,29. 30,49. III 5,9 (bis). 11,21. IV 5,7. 43,55. 44,57. Contra subst. praecedit I 9,14: *et si transitionibus n. utemur.* 13,23: *hic certa lex in rem nulla adfertur.* II 11,16: *quae ex altera parte sententiam nullam possunt interpretari.* 21,33: *praedones in illo loco vi nunquam sunt, inimicum n. habebant.* IV 17,24: *si rationis nullius indiget.* Quae exempla allata docent adi. „nullus" locum amare verbo finito proximum. In hac sententia II 26,41: *si quis dicat iniuriam esse nullam nisi quae ex pulsatione aut convicio constet* adi. propter sequens „nisi" secundum locum tenet.

Eundum locum simili de sausa habet adi. apud *Petron.* 38: *nam mulam quidem nullam habet, quae non ex onagro natus sit.* Ceteris duobus locis, ubi apud Petr. invenitur, antecedit 52: n. pecunia. 102: n. recuso periculum.

totus.

In *Cat. R. R.* antecedit adi. 18,3: t. forum. 38,1: totam fornacem. 76,4: in t. solum. 120 (bis): t. annum. 143,1: t. familia. 144,5: in t. oleitate. 157,7: in t. corpore. Sed legimus 18,6: *ceterum pavimentum totum*, ubi „totus" propter additum „ceterum" secundum locum tenet; et 92: *granarium t.*

In *Cic. ep.* antecedit coniunctum cum „res" his locis I 2,3. VI 19,2. VIII 6,1. XIII 11,1. „res publica" III 11,4. X 28,2. XII 1,1. Praeterea adi. primo loco positum invenimus I 7,3. 5. 8,1. 4. 9,7. 18. II 7,3. 11,1. III 8,2. 6. IV 13,6. V 10ᵃ,3. 17,2. 20,2. VI 7,4. 5. VII 5,3. 10,3. 30,1. VIII 2,1. 3,1. 11,3. IX 14,3. X 5,2. 10,1. 2. 20,3. XI 16,3. 17,1. 20,2. 29,1. XII 5,2. XIII 1,4. 19,2. 23,1. 29,5. 55,2. 65,2. XIV 3,4. XV 8. 11,1. 14,4. 15,1. 20,3. XVI 8,1. 21,3. Cum nom. propr. coniunctum his locis antecedit VI 7,4. VII 28,1. VIII 8,1. XI 8,2. 11,1. XII 5,2 (bis). Subst. „res" ter antecedit V 6,1: *omnino res tota in mensem Ianuarium reiecta erat.* VIII 11,3: *Scaena rei totius haec.* Semel adi. inter „res" et „publica" insertum est, quae vocabula perraro dirimuntur I 8,4: *Commutata tota ratio est senatus, iudiciorum, rei totius publicae.* In I 9,3: *de qua ratione tota* propter pron. rel. adi. inverso ordine locatum esse puto; in VIII 1,4: *urbe ac foro toto maximus rumor fuit* adi. ad utrumque subst. pertinet. In XIII 17,1: *domus eius tota mihi patuit* adi. praecipua vi effertur. In XV 10,2 adi. postpositum est, quia enumeratio exstat: *Patris tui beneficia ...; frater tuus ...; domus tua denique tota me ... prosecuta est.* In hac sententia V 8,2: *non modo ut domus tua tota, sed ut cuncta civitas ... cognosceret* subst. „domus" anteit, quia oppositum est substantivo „civitas". Praeterea his locis subst. praecedit I 4,1. 8,13. III 8,3. 5. IV 13,6. V 10ᵇ. 12,2 (bis). IX 25,3.

Apud *Cornif.* „totus" antecedit substantivo „res" III 11,19. IV 48,61. 54,67. „causa" II 18,27. 27,43. III 4,7. 8,15. 9,16. 12,22. IV 40,52. 44,58 (bis). „oratio" I 7,11. 16,25. 26. II 1,2. III 2,3. IV 40,52. „argumentatio" II 24,38. 29,46; praeterea hisce locis I 10,18. II 31,50. III 7,13. IV 19,26. 44,58. 51,65. Contra subst. „res" quinquies primum tenet locum III 20,33: *rei*

totius memoriam. rei totius imaginem. IV 55,69: *statuit enim rem totam.* Maiore vi effertur adi. his duobus locis IV 33,40: *Intellectio est cum r e s t o t a p a r v a d e p a r t e cognoscitur.* 48,61: *non enim r e s t o t a t o t a e r e i necesse est similis.* In hoc enuntiato IV 4,6: *fabulas aut orationes totas* adi. „totus“ ad utrumque subst. pertinet. 23,32: *in causa tota varie dispergemus.*

solus.

Cat. R. R. 156,6: solam brassicam. *Orig.* 5,2: sub solo imperio nostro. 1,24: soli Luci Mamilii. *Cic. ep.* III 13,1: s. virtus. *Petr.* 84: s. exstruere divitias. 100: s. ergo amor. 102: hic solus color. 114: sola morte. 115: non sola mortalibus maria.

Apud *Cornif.* duobus locis, ubi legitur, post subst. locatum est III 11,19: *et horum omnium diligens memoria sine pronuntiatione non plus, quam sine his rebus pronuntiatio sola valere poterit.* IV 19,26: *ex duobus membris s.*, (cf. pag. 38. X a. 5).

dimidius.

lex Urs. IV 1,19: dimidia pars decurionum. *Iul. munic.* 30: *eius viae partem dimidiam. Cat. R. R.* 29: *partem dimidiam;* sequitur enim „partem quartam“. *Petron.* 65: dimidias potiones.

simplex duplex multiplex.

Cic. V 16,5: simplex illa iam cura. *Cornif.* II 2,3: simplicem et dilucidam expositionem. 24,38 (bis): ex s. parte. IV 27,38: de s. genere. Sed secundo loco legimus III 20,30: *rei totius memoriam saepe una nota et imagine simplici comprehendimus.* IV 17,24: *huius modi sententiae simplices.* 32,43: *rem s.* 43,56: *res s i m p l e x m u l t i p l i c i ratione.*

Cic. VI 6,8: duplici quadam via. *Cat. R. R.* 20,2: *clavis duplicibus. Cic.* X 5,1: *de quibus cepi fructum d. mihique in comparatione difficilem ad iudicandum. Cornif.* IV 47,50: d. ratione. II 20,31: d. utilitatem. 24,38 (bis): d. conclusione.

Cornif. IV 44,56: res simplex multiplici ratione. 54,67: ancipites aut multiplicis potestates.

II. Antecedunt plerumque ea adiectiva, quae amplitudinem aliquam (magnitudinem, longitudinem, altitudinem) significant.

magnus maior maximus. summus.

De adi. „magnus“ inter omnia usitatissimo pluribus verbis dicendum est. Apud Cic. in ep. saepissime invenimus atque primum locum tenet quadringenties vicies quater, secundum quinquagies septies. Quibusdam substantivis additum semper aut semper fere primo loco positum invenimus et in Cic. ep. et apud ceteros scriptores. Atque superlativum „summus“, qui saepissime eisdem substantivis additur quibus superl. „maximus“, quoniam eadem aut similis vis iis inest, simul respiciam. Genera autem substantivorum, quibuscum adi. „magnus“ („maior“ „maximus“) et „summus“ saepissime coniuncta invenimus, sunt haec:

f r u c t u s u s u s b e n e f i c i u m m e r c e s p r a e m i u m a d i u m e n t u m l e v a t i o a u x i l i u m s u b s i d i u m p r a e s i d i u m b e n e v o l e n t i a c o m m e n d a t i o u t i l i t a s:

magnum etiam foris f r u c t u m, Cic. I 9,20. magnum cepi fr. V 19,1. satis magnum mihi fr. XIV 1,3. magnum fr. VI 10,4. XIII 64,1. maiorem in dies singulos fr. voluptatemque V 2,3. maiori fructui gloriaeque X 5,2. maioremque fr. X 25,3. maiores ex me fr. 32,5. maximum te fr. XIII 50,2. maximum fr. I 9,20. XIII 65,2. Praecipua vis inest adiectivo inverso ordine posito in hac sententia XVI 21,1: *f r u c t u m enim m a g n u m humanitatis tuae capiebam ex silentio mearum litterarum*, et in his quoque duobus enuntiatis adi. non minima vi effertur X 8,7: *mihi quidem ipsi f r u c t u s meritorum meorum in rei publicae incolumitate satis m a g n u s est paratus* et 32,5: *quarum rerum f r u c t u m satis m a g n u m republica salva tulisse me putabo,* sed respiciatur quoque, quod pag. 36. 37. sub nr. IV exposui. magno u s u i XIII 16,2. magno usui atque adiumento XIII 71. magno sibi usui XIII 35,2. maximo sibi usui XII 29,3. *meamque commendationem usui magno sibi fuisse* XIII 20, hic gravitatis causa adi. alterum tenet locum. magna mihi debebat b e n e f i c i a VIII 12,1. magno praeterea b. XI 16,2. m. enim meo b. XIII 4,1. m. b. tuum XIII 62. m. meis b. XIII 25. 27,2. maius mihi dare b. XIII 8,3. maximo meo b. VII 30,3. tuis maximis b. I 9,2. pro maximis tuis b. X 24,1. clarissima et maxima b. II 6,2. tuo summo b. XIII 4,2. 29,8. summo b. 7,5. 65,2. summo me b. vestro 76,2. s. me a te beneficio 77,2. non ita m. m e r c e d e I 9,3. m. saepe p r a e m i i s X 8,3. m. consequi praemia XI 20,2. m. a d i u m e n t o XIII 30,2. 38. 39. 46. 77,2. magno usui atque adiumento XIII 71. maximo a XIII 24,1. maximo sibi apud te et a. et ornamento 34. m. tibi l e v a t i o n i VI 4,5. maior enim l. IV 6,3 magna a u x i l i a XVI 12,4. *Huc me venire et duobus exercitibus coniunctis obicere e x e r c i t u m fidelissimum, a u x i l i a m a x i m a,*

principes Galliae, provinciam cunctam summae dementiae et temeritatis esse X 21,5. m. subsidia X 24,3. magnis s. XII 5,1. m. praesidio 5,2. m. praesidium 5,2. maiora pr. III 11,4. maximo pr. X 7,2. summum esse pr. XIII 64,1. s. te praesidio III 10,3. *nisi eo praesidia magna frumentumque [mitterentur], Cat. Orat.* 1,20. proque tua in me perpetua et maxima benevolentia XIII 7,5. summa b. VI 14,1. 22,2. summa b. V 13,1. tuam s. b. V 8,3. cum s. b. VI 2,1. mea s. b. erga te XI 29,2. proque s. mea in te b. VI 22,2. pro s. [mea] erga te b. X 27,1. tua s. erga me b. IV 7,1. pro tua s. erga me b. XIII 6[a],1. 44. m. illius commendatione I 9,20. maioris c. XIII 17,3. maximam utilitatem IX 14,8.

malum damnum detrimentum molestia impedimentum periculum difficultas discrimen iniuria maleficium incommodum:

magno malo, Cornif. II 24,37. ullum m. malum, Cic. VI 4,2. in maximis m. V 21,4. magnum damnum factum est X 28,3. maximis enim d. XIII 10,2. cum magno suo detrimento XII 15,7. maius d. X 24,8. sine maximo reipublicae d. 33,3. *cum detrimento eorum maximo* X 24,6, ubi adi. vi efferri videtur. cum m. molestia VI 1,1. magnam m. XI 18,3. a multis et magnis m. IV 3,2. maiorem ex pernicie . . . molestiam 3,1. maxima se m. I 9,20. magna mihi ipse ad proficiendum impedimenta X 8,2. maximo impedimento, Cornif. II 11,10. m. periculum, Cic. IX 24,2. X 18,3. magnum nos omnes adituros p. XI 26. in m. periculis 29,2. tam magno periculo, Petron. 129. maiore esse p., Cic. VIII 2,1. maiore in p. XVI 11,3. maxima p. X 23,1. cum maximo p. 26,2. maximum ab universo naufragio p. est XVI 27,1. maximorum p. X 8,7. summum p., Cornif. II 19,28. in m. aliquam difficultatem, Cic. IV 2,4. magnam d., Cornif. III 10,17. summis affectum esse d., Cic. XIII 7,2. maiore in discrimine VI 3,4. magnisque iniuriis XIV 12. summa cum tua iniuria XII 25,2. maius esse maleficium, Cornif. II 30,49. magnis et multis incommodis, Cornif. II 24,37.

honor laus gloria virtus dignitas auctoritas gratia ornamentum decus.

cum tuis m. honoribus, Cic. X 10,1. magnosque honores ex ea re complures X 8,2. cum m. nostro h. XII 16,3. et meus h. XV 13,2. maior h., Cornif. II 28,45. summis h., Cic. X 72,1. In hoc enuntiato V 2,7: *cuius iniuria mihi tamen honori*

summo fuit subst. antecedit, quia ei maior inest vis; cf. pag. 36. II. Praeterea adi. secundum locum tenet XV 4,14: *ut multi nequaquam paribus rebus honores summos a senatu consecuti sint.* m. es laudem consecutus 10,1. magnae laudi XIII 48. m. cum tua l. XIII 55,2. mque ex ea re te laudem IV 5,6. maioribus extuli l. XV 21,4. maximis l., Cat. Orat. 1,6. maximam ab omnibus l., Cic. XII 22,4. quam maximam l. XIII 12,2. summa laus XII 4,2. s. laus et s. gratia XV 14,3. s. laudis II 4,2. s. mihi laudem XV 4,11. s. etiam laudem V 2,10. s. laudibus XV 4,11. IX 14,1. cum tua s. l. III 8,2. sine tua s. l. XIII 24,2. ad summam gloriam II 10,3. magna virtute, Cat. Orat. 9. pro tuis maximis clarissimisque v., Cic. IV 7,4. summa virtus XIII 78,1. s. virtute IV 6,1. XI 22,2. XIV 11. s. tua virtute XII 25,2. s. virtutis I 7,11. sque virtute IV 4,5. a s. virtute sque ingenio II 3,2. cum maxima dignitate II 1,2. summam d. et gloriam X 3,3. cum s. tua d. III 12,3. cum s. illius d. VI 6,10. s. cum tua d. XIII 4,2. ad tuam s. amplitudinem, d., libertatem I 9,25. maiorem auctoritatem I 7,2. maiore cum a. XII 14,7. [in] maxima apud regem a. gratiaque XV 4,6. summaque auctoritas XV 13,3. s. auctoritatis X 21,7. s. auctoritatem XVI 12,4. s. auctoritate XII 2,3. summa laus et s. gratia XV 14,3. s. splendore, s. gratia XI 16,3. in hac s. tua gratia XIII 29,5. summa et gratia et gloria X 19,2. magno vel ornamento vel praesidio III 10,9. magno [sibi] o. XIII 36,2. m. tibi erit ornamento XI 22,1. maiori usui aut o. XIII 49. maximo sibi apud te et adiumento et o. XIII 34. in maximum decus atque in excelsissimam claritudinem sublimavit, Cat. Orig. 2,33.

contumacia contumelia infamia convicium invidia:

m. contumacia, Cic. XII 13,3. maximam contumeliam, Cat. Orat. 9. magnam infamiam, Cic. I 1,2. magnum convicium X 16,1. magnam enim invidiam XI 1,6. non m. varietate mque invidia I 4,1. maximaque nobis traditus erat invidia VIII 8,2.

dolor luctus sollicitudo timor metus terror:

sine m. dolore, Cic. I 9,24. m. dolore II 16,1. magno dolori VI 10,1. m. cum dolore X 23,5. maiorem Appii dolorem VIII 12,3. tanto maiorem iis frustratio dolorem attulit X 23,5. maior enim in praecordiis dolor, Petr. 17. maximo dolore, Cic. I 9,3. in maximis meis d. XIV 19. sine summo d. I 4,3. s. dolore I 5[a],1. in s. dolore 6,1. summo dolore, Cornif. II 7,10. maximos

luctus, Cic. V 16,5. summi luctus 16,1. magnam affert sollicitudinem X 18,3. m. nobis est sollicitudini XVI 8,1. in summam s. XII 9,2. magno est in timore II 10,4. maximo timore XI 2,3. ad summum t. I 5^a,2. m. Antiochiae metus II 17,6. m. metum VIII 4,2. summo cum terrore X 24,6.

spes consolatio solatium voluptas gaudium laetitia delectatio:

ex magna spe, Cic. V 7,1. m. spem VI 13,1. XIII 7,3. 66,2. est magna illa quidem spes XII 10,3. m. spes est in eo XII 23,2. in magna spe XIII 19,1. maiorem spem XIII 7,4. maxima spes V 10^a,2. maximam sp. VIII 6,1. X 26,1. maximam reipublicae spem XII 9,2. *spem magnam* VI 9,1. *spem maximam* VII 7,1. *cum te incluso spem maximam omnes habuissent* XI 18,2 (cf. pag. 38. VIII). m. tibi consolatione V 17,5. m. enim consolatio est VI 21,2. in magna c. XVI 8,1. magnum est solatium VII 3,4. satis magnum erit misero solatium, Petron. 91. m. voluptati II 10,2. magnam v. III 10,4. X 12,5. XI 28,1. XIII 31,2. 77,2. magnam ex eorum splendore et observantia capies v. XII 26,2. magnamque . . . v. XIII 27,4. magnam capturum v. 28^a,2. m. te ex eo et perpetuam v. esse capturum III 2,2. magna enim te delectatione et voluptate IX 24,2. maxima voluptate XIII 41,1. maximae voluptati XVI 2. summamque v. XIII 50,2. citra s. v., Petron. 86. me maximo gaudio, Cic. IX 14,1. cum summo [meo] g. XII 25,1. magnam laetitiam voluptatemque IX 14,1. magna me affeceris non modo l. XIII 8,3. maximae l. III 9,2. maximaque l. XV 9,1. maximae l. 2,5. cum maximam cepissem l. XVI 21,1. magnam delectationem, Cornif. IV 17,24. 51,65.

cura studium contentio negotium labor diligentia industria occupatio officium meritum:

magnae curae, Cat. Orig. 5,1. Cic. II 11,2. III 5,2. VI 5,1. IX 24,1. X 27,1. XIV 19. XV 2,4. magnae vobis c. 2,8. maiori esse c. VII 18,1. maiori c. XI 27,5. maiore c. IX 13,2. XIII 29,5. 66,1. maximae c. VI 3,4. 5,1. X 1,1. XII 1,2. XV 3,2. summa c. XVI 13. non maiore equidem studio III 12,3. maiora erga salutem dignitatemque meam st. XV 7. maiore st. XI 17,2. 22,2. XII 27. XIII 8,3. 17,3. 23,2. 29,5. 36,2. 38. 79. summo st. I 4,3. VI 22,3. IX 16,2 X 13,1. XIII 4,1. 68,3. s. cum st. VI 21,3. summo semper st. XI 6,3. summo senatus populique Romani st. XIII 4,3. nostro s. erga te studio VII 11,3. summo st. curaque IV 3,3. V 11,2. summa st. X 34,3. omnia s. in te st. officiaque

I 6,2. omnia in te ipsum s. . . studia I 9,4. summa contentione III 10,5. X 8,6. magna negotia et ampla et expedita I 3,1. m. negotium XI 14,3. m. negotiis XII 18,1. nullum maius n. XVI 12,5. aliquo maiore n., Cornif. III 24,40. maximis societatis n., Cic. XIII 6^a,2. magni laboris. XIII 10,3. magni labores X 8,3. magno labore meo XV 4,10. maioremque gravitatem et l. V 5,3. maiore animi l. XIII 66,1. maximis l. IV 6,2. magno cum diligentiae est X 1,2. maxima d., Cat. R. R. 135,5. summam eius fidem, d. prudentiamque cognovi, Cic. XII 23,4. summaeque industriae XIII 10,3. ex m. occupationibus V 14,1. m. occupationibus VI 13,3. in maximarum quasi concursum o. VII 33,2. maximis o. X 28,3. XII 30,2. magnis meis veteribus officiis VI 10,2. magna o. XIII 21,2. multaque et m. inter nos o. 65,1. tuis in me perpetuis maximisque o. XIII 72,1. in m. officio et necessario XV 2,3. summum o. XIII 28^a,2. s. meum o. XIII 7,1. s. officii XVI 4,2. s. officio XIII 3. s. officia V 5,2. s. officiis XV 14,2. s. enim eius erga me officia XIII 60,1. pro tuis in me s. o. 56,1. omnibus s. o. XV 10,2. *[cum] consuetudine cotidiana, tum officiis plurimis maximisque* XIII 43,1. *officia magna et mutua nostra* 45; antecedit: mihi cum eo non modo cotidianam consuetudinem, sed etiam. *officium in rempublicam summum* XI 19,2; antecedit: Causam habent optimam. (cf. pag. 36. II). propter magna merita X 10,1. magnis in rempublicam m. 12,5. magnoque m. XI 16,2. magnis eius ordinis erga me m. XIII 9,2. maximis in rempublicam m. I 9,11. pro tuis summis in rempublicam m. XV 12,1. ne si s. quidem eorum in me merita constarent I 9,11.

humanitas pietas liberalitas probitas:

summam humanitatem, Cic. V 21,3. tua summa humanitas X 5,3. s. humanitate XIII 3. propter s. [tuam] h. XIII 1,4. propter s. suam h. XV 14,1. summaeque humanitatis XVI 4,2. s. cum h. XII 27. s. erga nos humanitatem IV 13,2. sque pietate VI 20,3. s. pietate XV 2,6. summa in hospites liberalitas XIII 78,1. summam erga se l. X 3,1. summa probitate XIII 23,2. 63,1. summa probitas 78,1. propter summam pr. IX 25,2.

necessitudo coniunctio familiaritas amicitia amor:

pro nostra summa necessitudine, Cic. XIII 4,4. summae necessitudinis III 4,2. s. necessitudine et s. coniunctione XIII

27,2. sque mihi cum eo necessitudo 59. s. necessitudo 4,1. 65,2. s. mihi necessitudo XI 22,1. pro nostra s. coniunctione III 2,1. 7,5. s. necessitudine et s. c. XIII 27,2. s. familiaritas consuetudoque XIII 65,1. s. f. necessitudoque XIII 70. s. familiaritas 73,2. Vi effertur adi. in hac sententia: *familiaritas mihi cum Bruto tuo maxima* XV 14,6. summa amicitia XV 4,13. summus inter nos amor et mutuus XIII 50,1. sine s. a. XV 21,3. sque in te amor V 17,5. de s. meo erga te a. III 12,4. Sed qua de causa adi. in hoc enuntiato post subst. positum sit: *Gravi teste privatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo, clarissimo viro* II 2, statim cognosces, si ordinem inverteris; cf. pag. 38. IX.

pondus onus opus modus:

cum . . . m. in senatu pondus haberent, Cic. I 9,12. m. pondere auri X 32,1. m. pondus XI 29,1. magnum apud te p. XIII 25. 33. maximi sunt apud me p. II 19,2. maximum p. XII 27. maximum apud te p. XIII 10,1. maiora onera II 11,1. maximis o. XIII 7,2. magno opere II 4,1. 6,1. 17,2. III 6,2. 8,4. IV 5,3. V 18,1. 19,1. VI 8,2. 12,3. VIII 1,2. IX 12,2. 13,4. X 34,3. 34,4. XII 14,7. XIII 17,2. 22,1. 25. 33. 77,2. XIV 4,4. XV 1,4. 12,2. 14,4. XIII 3,4 (magnoque o.). maximo opere, Cat. orat. 36; Cic. III 2,1. X 25,2. maiorem in modum XI 22,1. 28,5. XIII 7,5. 16,4. 34. 35. 40. 49. 70. 78,2. in maiorem modum XIII 2. 5,3. 9,3. 11,2. 21,2. 24,3. 32,2. 37. 39. 65,1. 77,2. XV 7. 10,2.

prudentia consilium scientia eloquentia cogitatio:

summa prudentia, Cic. III 7,5. s. auctoritate sque prudentia IV 2,2. sque consilii III 10,11. X 19,1. summa scientia VII 5,3. sque eloquentiam VI 5,3. s. probitatis sque eloquentiae VI 9,1. s. eloquentia X 3,3. summam feci cogitationem I 9,10. magnarum cogitationum; m. cogitationibus, Petron. 115.

animus ingenium:

Ex adi. composito „magnanimus“ colligi potest adi. „magnus“ cum subst. „animus“ coniunctum primum locum tenere. Atque legimus ita positum Cic. IV 9,4: magni animi. III 10,7: satis m. animi. VI 12,4. XI 13ª,5. 23,1: m. animum. Petr. 45: m. animum. Sed semel legimus XIV 4,5: *animo sim magno.* Praeterea quattuor locis, ubi et adi. „magnus“ et „fortis“ substantivo „animus“ addita sunt, adi. „magnus“ post „animus“ locum tenet.

I 5ᵇ,2: *animo forti magnoque.* VI 5,4: *animo f. atque m.* 10,6: *fortem fac animum habeas et m.* 14,3: *fac animo magno fortique sis.* At hoc loco (IV 7,3) et „magnus“ et „fortis“ antecedunt „m. ac fortis animi“, cf. VI 13,5: fortissimo et maximo animo; XII 25,5: ut m. animo sis et excelso. Comparativus bis antecedit I 9,16: maiorem etiam mihi animum, quam umquam. II 6,4: maioris animi. Superlativus bis primum, bis secundum locum tenet XII 11,2: maximo animo. III 10,11: maximi animi. I 9,7: *in quo omnia dicta sunt libertate animoque maximo de vi, de auspiciis etc.*, ubi ea de causa ordo inversus esse videtur, ut alterum subst. iuxta alterum locum teneret, et *ut te orem et obsecrem, animo ut maximo sis* IV 13,7, quo loco adiectivo praecipuam attribui vim persuasum habeo. maioris ingenii VI 4,2. summo ingenio XI 22,2. propter eius summum i. IX 14,5. de s. i. XII 17,3. a s. virtute sque i. II 3,2. propter s. i. eius sque doctrinam II 14. s. atque excellens i. V 7,4.

multitudo numerus copia copiae cumulus manus turba equitatus exercitus pars:

m. multitudo, Cic. X 12,2. m. multitudinem 34,1. magnam veteranorum m. XI 2,1. magna multitudine XV 4,9. satis m. numerum XI 10,3. magna copia V 6,2. cum esset maior et virorum et civium bonorum et iucundorum hominum et amantium mei copia V 21,1. ita magnae utrimque copiae VI 4,1. magnasque Romae Pansa c. XII 5,2. Parthorum m. copias XV 1,2. magnas Parthorum c. 4,7. cum maximis Parthorum c. 3,1. Contra subst. antecedit in Cat. Orat. 1,20: *omnia tumultus plena, simul hostium copiae magnae contra me sedebant*, ubi propter antecedentem genetivum „hostium“ adi. inusitatum locum tenere Reckzey putat (pag. 10); sed satis multos locos habeo, quibus quod ille vir doctus censet non confirmatur; atque respiciatur statim paulo supra allatum „Parthorum magnas copias“; qua de causa arbitror in illa sententia adi. inverso ordine non parva efferri vi, ut explicare possimus: „copiae, et quidem magnae“. magnus cumulus XIII 55,1. XV 12,2. magno c. XIII 62. ut . . . quam maximus his litteris c. accedat XII 26,2. magna manu XV 3,1. de magna turba, Petron. 45. maxima me t., Cic. XII 13,2. magnumque eorum equitatum XV 4,7. cum m. et firmo e. 4,7. *Equitatum habet m.* X 34,1 (adiectivo aliqua vis inest). m. tamen exercitum VI 18,2. magna ex parte I 2,1. XII 14,2. ex m. p. XI 4,2. m. partem IV 3,1. IX 15,3. X 12,1. XIV 3,5.

27,2. sque mihi cum eo necessitudo 59. s. necessitudo 4,1. 65,2. s. mihi necessitudo XI 22,1. pro nostra s. coniunctione III 2,1. 7,5. s. necessitudine et s. c. XIII 27,2. s. familiaritas consuetudoque XIII 65,1. s. f. necessitudoque XIII 70. s. familiaritas 73,2. Vi effertur adi. in hac sententia: *familiaritas mihi cum Bruto tuo maxima* XV 14,6. summa amicitia XV 4,13. summus inter nos amor et mutuus XIII 50,1. sine s. a. XV 21,3. sque in te amor V 17,5. de s. meo erga te a. III 12,4. Sed qua de causa adi. in hoc enuntiato post subst. positum sit: *Gravi teste privatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo, clarissimo viro* II 2, statim cognosces, si ordinem inverteris; cf. pag. 38. IX.

pondus onus opus modus:

cum ... m. in senatu pondus haberent, Cic. I 9,12. m. pondere auri X 32,1. m. pondus XI 29,1. magnum apud te p. XIII 25. 33. maximi sunt apud me p. II 19,2. maximum p. XII 27. maximum apud te p. XIII 10,1. maiora onera II 11,1. maximis o. XIII 7,2. magno opere II 4,1. 6,1. 17,2. III 6,2. 8,4. IV 5,3. V 18,1. 19,1. VI 8,2. 12,3. VIII 1,2. IX 12,2. 13,4. X 34,3. 34,4. XII 14,7. XIII 17,2. 22,1. 25. 33. 77,2. XIV 4,4. XV 1,4. 12,2. 14,4. XIII 3,4 (magnoque o.). maximo opere, Cat. orat. 36; Cic. III 2,1. X 25,2. maiorem in modum XI 22,1. 28,5. XIII 7,5. 16,4. 34. 35. 40. 49. 70. 78,2. in maiorem modum XIII 2. 5,3. 9,3. 11,2. 21,2. 24,3. 32,2. 37. 39. 65,1. 77,2. XV 7. 10,2.

prudentia consilium scientia eloquentia cogitatio:

summa prudentia, Cic. III 7,5. s. auctoritate sque prudentia IV 2,2. sque consilii III 10,11. X 19,1. summa scientia VII 5,3. sque eloquentiam VI 5,3. s. probitatis sque eloquentiae VI 9,1. s. eloquentia X 3,3. summam feci cogitationem I 9,10. magnarum cogitationum; m. cogitationibus, Petron. 115.

animus ingenium:

Ex adi. composito „magnanimus“ colligi potest adi. „magnus“ cum subst. „animus“ coniunctum primum locum tenere. Atque legimus ita positum Cic. IV 9,4: magni animi. III 10,7: satis m. animi. VI 12,4. XI 13^{a},5. 23,1: m. animum. Petr. 45: m. animum. Sed semel legimus XIV 4,5: *animo sim magno.* Praeterea quattuor locis, ubi et adi. „magnus“ et „fortis“ substantivo „animus“ addita sunt, adi. „magnus“ post „animus“ locum tenet.

I 5^{b},2: *animo forti magnoque.* VI 5,4: *animo f. atque m.* 10,6: *fortem fac animum habeas et m.* 14,3: *fac animo magno fortique sis.* At hoc loco (IV 7,3) et „magnus“ et „fortis“ antecedunt „m. ac fortis animi“, cf. VI 13,5: fortissimo et maximo animo; XII 25,5: ut m. animo sis et excelso. Comparativus bis antecedit I 9,16: maiorem etiam mihi animum, quam umquam. II 6,4: maioris animi. Superlativus bis primum, bis secundum locum tenet XII 11,2: maximo animo. III 10,11: maximi animi. I 9,7: *in quo omnia dicta sunt libertate animoque maximo de vi, de auspiciis etc.,* ubi ea de causa ordo inversus esse videtur, ut alterum subst. iuxta alterum locum teneret, et *ut te orem et obsecrem, animo ut maximo sis* IV 13,7, quo loco adiectivo praecipuam attribui vim persuasum habeo. maioris ingenii VI 4,2. summo ingenio XI 22,2. propter eius summum i. IX 14,5. de s. i. XII 17,3. a s. virtute sque i. II 3,2. propter s. i. eius sque doctrinam II 14. s. atque excellens i. V 7,4.

multitudo numerus copia copiae cumulus manus turba equitatus exercitus pars:

Cic. I 4,2: sceleratissimo latrocinio. XI 13^{a},5: contra sceleratissimam conspirationem. XII 15,7: sceleratissimum latronem. XII 14,6: *contra coniurationem sceleratissimam. Petron.* 38: *liberti sc.* 56: *argentum sc.*

Cic. ep. I 9,11: ab improbis et perditis civibus. II 5,2: p. moribus. VIII 17,1: in hanc p. causam. X 15,1: unum p. abiectumque latronem. 18,3: perditi hostes. 21,5: p. hominibus. 27,1: p. hominem. I 9,21: *hominem p.* V 16,3: *temporum p.* XII 2,1: *homo amens et p. multoque nequior quam ille ipse.*

gratus ingratus.

Adi. „gratus“ apud Cic. in ep. quindecies primum, decies

alterum locum tenet. Positivus antecedit cum „vir“ aut „homo“ coniunctus II 6,4. VIII 9,4. XIII 25. 27,3. 54. 67,1; superl. XIII 29,8. 55,2. 65,2. 79. Saepius autem superl. iisdem subst. additus secundo loco positus invenitur XIII 19,3. 28a,3. 53,1. 41,1. 42,1. 79,2. II 18,1. Comparativus post subst. locatus est propter sequens „quam“ hoc loco X 12,1: *ullas umquam litteras gratiores quam tuas .... esse recitatas.* Rarissima collocatio est XIII 29,8: *ipsum Capitonem, gratissimum, officiosissimum, optimum virum.*

Cic. III 9,3: non modo neglegentis, sed etiam ingrati animi. VII 30,3: *et est homo non i.,* ubi adi. vi effertur. VIII 12,2: *Apii, hominis ingratissimi* (cf. pag. 37. V).

suavis.

Cic. II 13,2: s. amicus. VII 15,2: suavissimi doctissimique hominis. 33,1: mi suavissime Volumni. IX 10,3: suavissimum συμβιωτὴν nostrum. 14,5: suavissimos mores. XI 27,5: suavissimo sermone. XIV 3,2: suavissimis liberis. 5,1: suavissimus Cicero. 5,2: mea suavissima et optatissima Terentia. XVI 4,2: Ad Curium vero, suavissimum hominem. VI 18,5: *Lepta suavissimus.* 20,3: *o medicum suavem meque docilem ad hanc disciplinam!* (cf. pag. 37. VI). XIII 1,2: *vir bonus et s. et officiosus* (cf. pag. 38. VIII et pag. 39. X b. 1).

iucundus.

Cornif. I 8,13: iucundum exitum meum. *Cic.* II 15,2: i. generum. V 13,4: iucundas recordationes. 21,1: i. hominum. VIII 14,4: magnum et i. tibi Fortuna spectaculum. XV 6,1: ea est enim profecto i. laus. XVI 21,4: ut hunc talem, tam i., tam excellentem virum. II 1,2: iucundissimae consuetudinis. IV 12,1: non iucundissimum me nuntium. V 15,5: iucundissima lectionis voluptate. VIII 3,1: certum ac iucundissimum vacanti negotium. IX 9,3: mi iucundissime Cicero. X 26,1: iucundissimis tuis litteris. XII 29,1: iucundissima consuetudo. XVI 21,1: iucundissimae tuae litterae. 21,7: tuum iucundissimum conspectum. IX 24,3: *cum viris bonis, i., amantibus tui* (cf. pag. 38. VIII et pag. 39. X b. 2). XIII 28a,3: *homini te gratissimo, iucundissimo.* 27,4: *cum tuo Servio iucundissimo.*

honestus.

Cic. IV 4,4: h. otio. V 21,2: h. otium. IX 8,2: h. nobis et curas et actiones. IX 22,4: non h. verbum. XI 28,4: h. mortem. XII 17,1: h. negotium. XIII 62: h. equitem Romanum. VIII 14,3: honestiorem sequi partem. VII 33,2: honestissimo otio. XII 25,2:

meo iustissimo honestissimoque convicio. XV 15,3: multis honestissimis viris conservatis. IX 22,4: *Igitur in verbis honestis obscoena ponimus,* ubi consulto alterum adi. iuxta alterum locatum est. XI 1,2: *ut aliqua causa proficiscendi honesta quaereretur* (adi. vi effertur). XII 26,1: *A. Turius . . ., vir bonus et h.* Saepius superl. secundo loco positus legitur; cf. pag. 37. VII. I 9,20: *per homines honestissimos.* IX 22,4: *verbum honestissimum,* cum paulo supra legamus: „honestum verbum“. XIII 7,1: *municipii honestissimi mihique coniunctissimi.* 7,5: *viros optimos, homines honestissimos.* 10,2: *honorem honestissimum.*

Cornif. I 3,5. 4,6: h. causae genus. I 3,5. III 2,3: honesta res. III 4,7: h. et praesentem et consequentem commemorationem. 4,7: hanc h. commemorationem. 7,4: h. exercitationibus. 4,7: honestiori ordini. III 3,5: *ab nulla re h.* 4,8: *in rationem tutam atque h.* 5,9: *qui tutae rei praeponet rationem h.* (hic adi. vi effertur). IV 35,47: *ordini honestissimo. Petron.* 38: quam h. negotiationem exercuit.

pudicus amoenus obscoenus.

Petron. 133: vidua pudicaque nocte. *Cic.* VII 20,2: remoto, salubri, amoeno loco (cf. pag. 39. X b. 3). IX 22,4: non obscoena verba. *Petron.* 85: o. sermone. 9: *gladiator obscoene* (cf. pag. 37. VI).

pulcher foedus taeter.

Cic. V 2,7: verissimum pulcherrimumque ius iurandum. VIII 4,1: pulcherrimo spectaculo. X 28,1: ad illas pulcherrimas epulas. XII 3,1: vestri enim pulcherrimi facti. *Petron.* 61: Melissam Tarentinam, pulcherrimum bacciballum.

Cic. IV 4,2: foedissimo bello. X 6,1: a foedissimis latronibus. X 28,1: post Antonii foedissimum discessum.

VIII 15,1: taeterrima hieme. X 14,2: taeterrimi belli. X 19,2: *hoc bellum taeterrimum periculosissimumque. Petron.* 102: *age, numquid et labra possumus tumore taeterrimo implere?*

fortis.

Hoc adi. in *Cic. ep.* undetricies primum, decies septies secundum locum tenet, ante subst. „vir“ ter decies, post idem subst. octies, ante subst. „animus“ octies, post idem subst. sexies locatum est. Legimus I 9,11: etiam fortissimi viri. 9,16: de uno acerrimo et fortissimo viro. III 10,4: erga f. et industrios viros. V 17,3: multis fortissimis atque optimis viris. 19,1: omnes f. ac boni viri. VI 6,12: f. virum. 9,1: claro homine et f. viro.

12,4: f. virum atque sapientem. 31,1: f. illi viri et sapientes. VII 18,1: f. virum et constantem. XI 7,2: sed fortissimos viros civesque optimos. 22,1: cum fortissimus vir cognitus sis, etiam clementissimum existimari. At III 6,5: *virum f. mihique inprimis probatum.* V 2,8: *cum viro f. et constanti.* VI 12,5: *virorum f.* X 8,5: *viro f. atque strenuo.* IX 17,2: *vir f.* XII 11,1: *viri f. optimique cives.* XIII 77,2: *virum bonum et f.* XV 1,5: *vir fortissimus.* Cum subst. „animus" coniunctum antecedit his locis IV 7,3: magni ac f. animi. VI 10,6: f. fac animum habeas et magnum. 13,5: f. animum. fortissimo et maximo animo. X 19,1: fortissimi animi. XII 11,1: fortissimo animo. XV 19,3: forti mehercules animo. At subst. anteit I 5b,2: *animo f. magnoque.* VI 5,4: *animo forti atque magno.* 14,3: *fac animo magno fortique sis.* IX 12,2: *animo sapienti fortique.* XII 22,2: *animo forti.* XIV 7,2: *animo fortiore.* Superlativum post subst. „animus" locatum non inveni. Subst. „civis", quod ter legitur cum „fortis" coniunctum apud Cic. secundum locum tenet III 11,3: in summa bonorum et f. civium copia. VII 2,3: fortiores cives. X 21,7: fortissimum civem et ad omnia paratissimum.

Apud *Cat.* in *R. R.*, *Cornif.*, *Petronium* adi. „fortis" non legimus nisi altero loco positum semperque cum subst. „vir" coniunctum (cf. pag. 38. VIII). *R. R.* Prooem. 4: *at ex agricolis et viri fortissimi et milites strenuissimi gignuntur.* *Cornif.* I 3,5: *pro viro f.* III 3,5: *viris f. *vel viros fortis*.* II 19,29: *virum fortissimum etc.* *Petron.* 76: *ut nemo non me virum fortem diceret.*

clarus praeclarus.

Cat. Orig. 7,12: clarorum virorum. In *Cic. ep.* vicies bis primum, septies secundum locum tenet. Cum subst. „vir" coniunctus antecedit positivus IV 6,1. 9,3. V 12,7 (bis). VI 6,12. IX 14,6. X 10,1; superlativus II 2. V 12,7. VII 2,2. 17,3. X 25,2. XIII 68,3. XV 4,11. Positivum post hoc subst. locatum non inveni; contra superlativus saepius alterum tenet locum IV 5,4. 12,2. X 6,1. XII 14,3. 15,4. Semel comparativum secundo loco positum invenimus III 12,1: *quo melior civis, quo vir clarior, quo fortior amicus es.* Numquam nominativum „vir" postpositum legi. *Cornif.* III 14,25: *exclamationem quam clarissumam.* In sermonibus apud *Petronium* adiectivo „clarus" semel vis est „deutlich" 92: „clara voce"; semel „hell" 62: „luce clara".

Cic. I 7,7: praeclaris operibus. V 2,1: tanti et tam pr. muneris. VI 6,8: pr. illo libro. VII 1,3: pr. bestia. XI 14,1: tua

pr. Mutina eruptio. 12,1: omnia tua illa pr. in rempublicam merita. XV 9,2: ad praeclarissimas res. I 9,15: *exemplum praeclarissimum in posterum vindicandae seditionis de republica sustulerunt.* II 10,1: *post comitia ista praeclara.* VII 12,1: *o. castra pr.!*

turpis.

Cornif. I 3,5: t. genus. 4,6: turpe causae genus. 6,9: t. causam. II 8,12: quemvis turpem de quolibet rumorem. *Cic.* VII 26,1: turpioris intemperantiae. XII 4,1: turpissimos consulares. IX 25,3: *iudiciis turpibus.* *Petron.* 103: tam turpi exitu.

Adi. **obscurus** in *Cic. ep.* septies primum, numquam alterum habet locum I 1,3. 9,5. II 5,1. III 5,2. 10,6. IV 3,3. VI 6,4.

insignis insignitus excellens.

Cic. III 11,1: de insignibus ad laudem viris. IV 13,2: nulla ... insignis iniuria. V 2,8: tam insigni iniuria. VII 6,1: cum aliquo i. iudicio. X 24,5: lex tam insigni amicitia. *Cornif.* III 22,36: insigni quodam negotio. IV 13,18: insignita continetur perpolitione.

Cic. VI 7,4: summum atque excellens ingenium. XVI 21,4: hunc talem, tam iucundum, tam excellentem virum. IV 3,4: *tuae scientiae excellenti ac singulari.* V 12,5: *at viri saepe excellentis ancipites variique casus habent admirationem.* VI 6,8: *accedit quod mirifice ingeniis excellentibus, quale est tuum, delectatur.* *Petron.* 66: caldum infusum excellente Hispanum. 45: *munus excellente.*

eximius.

Cic. I 7,11: e. spe. V 8,2: e. pietate, virtute, gratia. 8,4: e. et singulare meum studium. 17,5: illius e. virtus. VI 5,3: propter e. ingenium. X 12,1: e. quadam magnitudine. XIII 16,1: e. iudiciis.

illustris.

Cic. I 9,21: ita illustri gratia. II 5,1: excelso et i. loco. III 8,2: meos multos et i. et ex superiore et aequo loco sermones habitos. Sed antecedit subst. III 10,9: *atque haec domestica: quid illa tandem popularia? Reditus illustris in gratiam etc.* Hic subst. primum locum tenet, quia quodammodo enumeratio exstat. Supra enim dictum est: Quid? illa vincula ...! studiorum similitudo, suavitas consuetudinis, delectatio vitae atque victus, sermonis societas, litterae interiores. *Cornif.* III

19,32: nec nimis illustris nec vehementer obscuros locos habere oportet.

praestans.

Cic. III 10,3: pr. ac singulari fide. IV 8,1: pr. prudentia. XV 4,5: pr. magnitudine et animi et consilii. I 9,11: praestantissimisque rebus gestis. IX 14,1: praestantissimum te civem. XV 4,12: praestantissimas tuas virtutes. XIII 4,3: a praestantissimis in nostra republica civibus. I 9,16: *de uno acerrimo et fortissimo viro meoque iudicio omnium magnitudine animi et constantia praestantissimo.* VII 5,3: *totum denique hominem tibi ita trado, „de manu", ut aiunt, „in manum" tuam istam et victoria et fide praestantem* (cf. pag. 36. IV).

egregius.

Cic. I 7,7: e. artificem. 9,16: e animi alacritate. XII 4,1: quamquam e. consules habemus. 5,1: e. laudem. In hac sententia adiectivo praecipua inest vis II 8,2: *tantum habeto, civem egregium esse Pompeium.* Raro autem subst. „civis" primum tenet locum (cf. „bonus" et „fortis"). V 2,8: *Hominem gravem et civem egregium!* (cf. pag. 37. VI). XII 25,4: *puer enim e. Cornif.* III 22,37: egregiam pulchritudinem. IV 38,50: e. commodis. III 3,6: *ut virtutem possimus egregiam experiri.* 7,14: *vires atque velocitas e.*

Semel legi in Cic. ep. IV 13,4: **exquisitus** (ab e. quadam ratione), semel quoque **spectatus** (clarissimi et spectatissimi viri V 12,7).

V. Alia adiectiva, quae saepissime primo loco posita inveniuntur.

aequus.

Cat. Orig. 5,13: aequo fronte. *R. R.* 2,5: a. animo. 93: a. partes. Sed 5,5: *animo aequiore* (cf. Cic. ep. VII 1,5). In *Cic. ep.* „aequo animo" novies invenitur IV 11,2. V 12,5. 20,9 (bis). VI 22,2. VII 31,1. IX 16,7. X 24,4. XV 17,2. Sed legitur IX 10,3: *Ego ceteroqui animo aequo fero,* ubi qua de causa ordo inversus sit dubitari potest. Apud *Cornif.* legimus III 10,17: a. animo. Antecedit praeterea apud *Cic.* adi. III 8,2: ex a. loco. V 2,10: a. te iudicem. VII 33,2: meis aequissimis utuntur auribus. VIII 8,3: a. numero. X 8,7: a. iudicibus. Secundum habet

locum bis comparativus cum „animus" coniunctus VII 1,5. XII 30,7; bis superlativus eidem substantivo additus VII 1,2. XII 18,2: *animo aequissimo.* Denique legimus VIII 12,2: *collegae eius, homini alienissimo et mihi propter amicitiam tuam non aequissimo.*

iniquus periniquus.

Antecedit „iniquus" in *Cic. ep.* I 9,20: iniqui sermones. VI 4,4: quamvis i. condicione. VII 3,6: quamvis i. pace. XII 20: i. animo. V 16,4: ex iniquissima condicione. VI 6,5: iniquissimam pacem. Sed XIII 4,2: *legem iniquissimam* (cf. „improbus" cum „lex" coniunctum). III 7,2: *volumen . . plenum querelae iniquissimae.* XII 18,1: periniquo patiebar animo.

certus.

Adi. antecedit in *lege Iul.* 60: certeis hominibus certeis de causeis. At subst. anteit *Urs.* III 2,1: *diemque c. Rubr.* II 2: *pecunia c.* II 25: *pecuniam c. Cat. R. R.* 149,1: *diem c.* In *Cic. ep.* vicies ter primum, ter secundum locum tenet; his locis antecedit adi. I 2,3. 7,1. 7,5. 9,10. II 17,2. III 7,6. 10,1. IV 9,2. 13,1. V 20,5. VII 5,3. 17,1. VIII 3,1. 4,1. 11,4. IX 8,2. XI 10,1. XII 4,1. 8,2. 25,2. XV 1,1. XVI 11,2. 12,5. Contra subst. anteit VI 12,3: *Pansa quidem mihi, gravis homo et c.* VII 23,3: *res certas.* XIV 18,2: *velim tabellarios instituatis c.* Apud *Cornif.* antecedit adi. I 2,2. 2,3. 9,16. 13,23. II 5,8. 7,10. 25,39 (bis). 27,44. III 3,5. 9,16. IV 4,7. 27,37. 31,42. 49,62. 50,63. Secundum autem locum tenet II 9,13: *et demonstrabitur scriptum illud esse dilucide breviter commode perfecte cum ratione c.* III 16,29: **locis c.** IV 17,25: *rem c. ex vita et moribus sumptam.* 35,47: *negotia quaedam c.*

incertus.

In *Cat. R. R.* uno loco, quo invenitur, post subst. locatum est 13,2: *centumpondium i.* In *Cic. ep.* semper primo loco positum legimus IV 9,2: i. in rebus. V 17,3: et communem incertumque casum. VI 6,12: propter incertos exitus eventusque. XII 10,3: propter i. exitus.

novus.

In *Cic. ep.* primum locum habet vicies bis, secundum duodecies. Superlativum quater primo loco, numquam altero positum inveni. VII 18,4: tam n. rebus. IX 2,1: tantis postea n. rebus. XV 1,3: n. rerum. IV 14,3: n. me necessitudinum. XIII

4,2: novas necessitudines. Aliis subst. positivus praecedit hisce locis I 9,14. IV 14,3. V 7,1. VII 2,4. VIII 10,3. IX 16,8. XII 2,2. 15,4. XIII 10,4. XIV 2,2. 3,3. XV 4,4. Postpositum autem est adi. cum „res" coniunctum V 12,4: *rerum n.* VIII 7,2: *res autem novae nullae sane acciderunt.* XI 21,2: *res novas.* XII 28,2: *ad rem n.* In enuntiato III 12,4: *ut vetus nostra simultas antea stimulabat me, ut ..., sic affinitas nova etc.* adi. propter antecedentia „vetus nostra simultas" post subst. positum esse videtur; et in epistula 15 libri XIII (§ 3): *Genere novo sum litterarum ad te usus* adi. praecipua vi praeditum esse ex sequentibus quoque intellegitur: „ut intellegeres non vulgarem esse commendationem" (cf. pag. 36. I). Praeterea subst. anteit his locis II 16,1. V 18,1. VII 23,3. XI 7,3. XII 2,2. XV 16,1. Apud *Cornif.* legimus II 13,20: vel n. ius. III 22,35: nulla non nova nec admirabili re. IV 3,5: novas nobis praeceptiones. 10,15: aut n. aut priscis verbis. 31,42: novi verbi. Sed I 4,7: *de rebus magnis novis inusitatis.* In *lege Urs.* invenitur II 2,12: *ustrinam n.; in lege Rubr.* I 5: *operis novi.* In *Cat. R. R.* hoc adi. semper post subst. locatum est (decies). Semel in enumeratione invenitur 13,1: *fiscinas novas.* Legimus praeterea 39,2: *calicem n.* 85: *in aulam n.* 87: *linteum n. patinam n. aulam n.* 157,14: *omnia ulcera vetera et n.* In hac sententia 14,1: *villam aedificandam si locabis novam ab solo* adi. „novus" arte cum sequenti „ab solo" cohaeret („neu von Grund auf").

Adi. quoque **novellus** in *R. R.* bis secundum locum tenet 33,2: *vitem n.* 33,4: *vineas n.*

recens.

In *Cic. ep.* quater adi. antecedit. V 17,2: recenti adventu meo. VI 6,12: sed horum etiam recentium vel ducum vel comitum tuorum. XI 18,3: tam r. gratulatione. XV 14,4: hac tua r. victoria tanta. Adiectivo semel alterum locum tenenti vis inest X 23,5: *veniebant enim eodem furore in me, quo in patriam, incitati, iracundias autem harum rerum recentes habebant.* Contra in *R. R.* cunctis locis, ubi invenitur, post subst. positum est 85: *casei r.* (in enumeratione). 143,3: *nuces praenestinas r.* (in enum.). 90: *palumbum r.* 157,13: *ulcus taetrum vel r.* 25: *vinaceos cotidie recentis. Petron.* 134: ad r. bustum.

vetus.

In *Cic. ep.* tricies primum, quinquies secundum locum tenet. I 9,12: vetus amicitia. V 17,5. XIII 77,1: nostrae veteris a. V 8,1:

veterique nostrae necessitudini. VI 12,2: veteres mihi n. XIII 73,2: pro v. nostra n. VI 22,2: pro v. nostra coniunctione. III 10,5: veterem c. XIII 23,1: v. usus. II 5,2: in v. dignitatem et libertatem. VI 13,4: veteris meae d. V 7,1: tuos v. hostes. VI 7,4: veterem tuum nunc omnium clientem. IX 1,2: cum v. amicis. XIII 77,2: meumque v. a. Praeterea antecedit I 7,7. 9,23. III 12,4. VI 6,12. 10,2. VII 5,3. 31,2. IX 15,2. XII 16,1. XIII 4,2. 49. 66,2. XV 4,14. 19,4. Subst. autem antecedit V 20,1: *ius vetus et mos antiquus* (cf. pag. 38. VIII). IX 12,2: *hospiti v. et amico.* XIII 19,1: *hospitium v.* 30,1: *negotia v.* 39: *necessitudo mihi intercedit v.*

In *Cat. R. R.* adi. duodevicies secundum, semel primum habet locum. Legimus 2,4: *fossas v.* 2,7: *plostrum v. ferramenta v.* 13,1: *fiscinas novas v.* 114,1: *stercus v. cinerem v.*, quibus sex locis adi. ea de causa postpositum est, quod variae res enumerantur, sed alias quoque subst. antecedit, ut semper „vinum" primum locum habet 102. 106,2. 122. 123: *vini v.* 127,1: *vini Q I veteris;* eodem loco invenitur subst. „aqua" 24. 104,2: *aquae marinae v.* Praeterea 24: *defruti v.* 33,3: *in vinea v.* 49,1: *vineam v.* 47: *modos v.* 157,14: *omnia ulcera v. et nova.* Semel adi. antecedit 22,4: in v. trapetos. Adi. **vetulus** quoque in R. R. semel post subst. locatum est in enumeratione 2,7: *boves vetulos, armenta delicula, oves deliculas etc.* Quater adi. „vetus" in *lege agr.* invenitur, ubi semper cum subst. „possessor" coniunctum primum locum tenet. *Petron.* 47: veterem pudorem. 81: veteris amicitiae. Sed exstat 44 *ad arcum v.*, ubi certus arcus notatur, qua de causa adi. inusitatum locum tenet.

Adi. **veteranus** apud *Petronium* 84 antecedit: „v. est latro", et semel in *Cic. ep.* X 24,3: una v. legio, altera bima, octo tironum. Ceteris autem locis in *Cic. ep.* cum subst. „exercitus" „legio" „cohors" „copiae" „milites" coniunctum secundum locum tenet; quae subst. adiectivo „veteranus" praedita unam faciunt notionem („Veteranenheer"). Illo loco (X 24,3) antecedit adi. propter opposita „bima" et „tironum".

Adi. **vetustus** duobus locis apud Cic., ubi legitur, antecedit X 31,3: vetustissimorum familiarium. XIII 36,1: v. hospitium.

Adi. **pervetus** in *Cic. ep.* duobus locis, ubi legitur, post subst. locum tenet XIII 17,1: *nam et amicitia pervetus mihi cum eo est, ut primum in forum venit, instituta etc.* 59: *summaque mihi cum eo consuetudo et familiaritas est pervetus.*

antiquus.

Cic. IX 15,2: antiquae et vernaculae festivitatis. XIII 35,1: a. est hospes meus. 52: antiquissimus est hospes meus. Apud Cic. saepius secundo positum est loco V 10[a],3: *viginti oppida sunt Dalmatiae antiqua.* 20,1: *mos a.* (cf. „vetus"). VII 31,2: *ut Pomponius noster suo iure possit dicere: „nisi nos pauci retineamus gloriam a. Atticam".* IX 10,1: *ego tanquam criticus a. iudicaturus sum.* 16,9: *ad tyrotarichum a.* XI 27,2: *nemo est mihi te amicus antiquior.* XV 4,16: *philosophiam veram illam et antiquam,* ubi adiectiva summa vi efferuntur. *Cornif.* IV 3,4: a. oratoris. 3,5: a. oratores. *Petron.* 42: a. amor.

Adi. **priscus** invenitur duobus locis antepositum. *Cornif.* IV 10,15: aut novis aut pr. verbis. *Petron.* 88: pr. enim temporibus.

gravis.

In *Cic. ep.* tricies primo, quinquies secundo loco legitur. IV 6,2: hoc tam gr. vulnere. XVI 10,1: ex gr. morbis. 15,2: tam gr. morbo. XII 12,1: gr. curam. VI 12,3: multo in graviore te c. I 7,7: graviore enim verbo. X 16,1: gravissimis v. ac sententiis. VI 12,3: gravis homo et certus. XV 4,11: gravissimos h. XII 28,1: gravis civis. XV 7,8: gravissimae atque optimae feminae. Praeterea antecedit I 9,1. 9,19. 9,20. II 2. 4,2. 18,2. IV 6,1. V 12,7 (bis). 16,4. 20,5. VIII 5,1. XI 27,8 (bis). 29,3. XIII 4,2. XIV 11. XV 4,2. Antecedit autem subst. bis in exclamationibus V 2,8: *Hominem gravem et civem egregium!* IX 20,1: *o hospitem non gr.!* Magna praeditum est vi adi. I 2,4: *senatus auctoritas gravissima intercessit.* Praeterea adi. secundo loco positum invenitur II 20,5: *ut multa tam gravis . . . depelleretur* et IX 16,6: *sed ad fortunam transferam, quam existimo levem et imbecillam ab animo firmo et gravi „tanquam fluctum a saxo frangi" oportere.* In *Cat. Orig.* 2,20 legimus „gravem aerem". *Cornif.* IV 8,11: in gravi consumetur oratio figura. 10,15: gravis figura. 8,11: graves sententiae. 10,15: gravis oratio. IV 8,11: *ex verborum g r a v i u m l e v i et ornata constructione,* quo loco consulto adi. „gravis" iuxta „levis" positum esse videtur. 10,15: *cum aut novis aut priscis verbis aut duriter aliunde translatis aut g r a v i o r i b u s q u a m res postulat,* ubi comparativus ad sequens „quam" se applicat, praeterea autem cf. pag. 39. X b. 5. *Petron.* 129: gravem iniuriam. 102: *poenam graviorem.*

levis.

In *Cic. ep.* sexies adi., ter subst. antecedit. Legimus X 30,2. 30,3: levem armaturam. I 5[b],2: levissimi hominis. III 8,1: refrigerato iam levissimo sermone. V 18,1: quam levissima poena. XIII 7,4: aliqua levi ambitione. Sed III 10,6: *homines levissimi* (cf. pag. 38. VIII). X 26,2: *magistratus levissimi et divulgatissimi.* In enuntiato III 11,4: *et p e r i c u l a l e v i o r a , q u a m timebam, et m a i o r a p r a e s i d i a* comparativus „leviora" propter sequentia „quam timebam" post subst. locum tenere videtur; praeterea moneatur chiasmum exstare. *Cornif.* II 10,20: leve compendium. III 15,26: levi dexterae motu. IV 8,11: levi et ornata constructione. *Petron.* 99: levis pruina.

difficilis.

In *Cic. ep.* saepius subst. antecedit. Adi. praecedit II 7,3: d. in re atque causa. VIII 11,1: in d. modum. XII 28,3: d. loco. Secundo loco positum invenitur XVI 9,4: *mare magnum et difficile.* III 12,3: *numquam enim mihi videor tractasse causam difficiliorem,* ubi adiectivo vis aliqua inest. IV 2,4: *Omnino cum miserior res numquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior,* hic substantivum cui maior est vis antecedit. X 5,1: *Ex quibus cepi fructum duplicem mihique in comparatione difficilem ad iudicandum* (cf. pag. 36. IV). 5,3: *his temporibus difficillimis. Cornif.* III 8,15: difficilluma parte rhetoricae. 24,39: ab hac difficili consuetudine. III 24,39: *vi velint res faciliores sine labore et molestia facile meminisse, in rebus difficilioribus esse ante exercitatos,* hic adi. gravitatis causa usitatum locum deseruit. *Petron.* 56: difficillimum esse artificium.

facilis.

In *Cic. ep.* semel antecedit adi. XIII 59: ut quam facillimos ad te aditus habeat. Semel antecedit subst. in exclamatione IX 20,1: *o hominem f.!* (cf. „gravis"). Comparativus uno loco, quo invenitur apud *Cornif.*, post subst. locatus est III 24,39: *res faciliores* (cf. „difficilis").

falsus.

In *Cic. ep.* septies primum, semel secundum locum tenet. I 9,16: f. opinionem. VI 12,1: f. gaudii. IX 14,4: hanc quasi f. hereditatem. X 34,3: f. rumoribus. XI 28,8: contra f. rumores. XII 29,2: deinde omnia tum falsa senatus consulta deferebantur. XV 4,2: falso aere alieno. In enumeratione subst. antecedit XII 1,1: *Senatus consulta f. deferuntur.* Apud *Cornif.* semper adi. praecedit II 3,5: falsos rumores. 8,12: multos esse f. ru-

mores. f. fama. 21,34: ex f. enumeratione. 22,35: ex f. causa. 26,41: falsis aut volgaribus definitionibus.

In *lege Corn. de sic. et venef.* legimus: f. testimonium; sed *tab. XII 3. leg. tab. XII* praebet: *si vindiciam falsam tulit.*

Adi. **pravus** semel apud *Cornif.* antecedit III 3,6: pr. liberalitatem. Apud eundem scriptorem leguntur **fictus** et **confictus**, I 8,13: ficta res. II 8,12: f. fabulam. confictam fabulam. Sed Cic. IX 16,2: *amor verus et fictus.*

rectus.

Cornif. I 1,1: r. intellegentia et definita animi moderatione. II 11,16: rectissumis rationibus. 17,25: r. studio. 31,50: tuae rectissumae voluntati. III 3,4: *a via recta. Cic.* V 16,4: r. studiis. VI 4,2: r. voluntatis. *Cat. Orat.* 1,25: recto fronte. *Petron.* 84: rectum iter.

verus.

In *Cic. ep.* sexies primum neque minus saepe secundum habet locum. X 12,5: v. decus. XI 22,2: etsi minus v. causam habebis. XV 4,13: v. gloria. V 2,7: verissimum pulcherrimumque ius iurandum. XII 16,1: pro nostro veterrimo verissimoque amore. XV 9,1: verissimis ac iustissimis laudibus. Postpositum bis cum abl. substantivi „res" coniunctum est I 4,2: *re autem vera.* III 5,1: *re vera.* Eadem collocatio invenitur apud *Cornif.* II 7,11 et apud *Petronium* 45. Ut maiore efferatur vi in hac sententia adi. post subst. locum habet VI 1,3: *ne consolatio nulla possit vera reperiri.* Praeter hos locos subst. antecedit XI 10,1: *a certo sensu et vero iudicas de nobis.* XV 4,16: *philosophiam v. illam et antiquam* (cf. „antiquus"). IX 16,2: *amor v. et fictus. Cornif.* I 8,13: neque v. neque verisimilis continet res. II 8,12: v. rumorem. in v. causis. 23,35: verissuma nascitur amicitia. I 2,3: *rerum v. aut verisimilium.* II 24,37: *utile est, amicos v. habere,* ubi vi summa adi. effertur. In *Cat.* ad Marc. fil. de re mil. 1: verae laudis.

mirificus.

Duodecies adi., semel subst. antecedit in *Cic. ep.* I 9,2: m. me tibi comitem praebuissem. 9,13: m. . . . consensus. VI 12,3: quod m. est improbitas in quibusdam. VII 30,1: m. vigilantia. VIII 17,1: m. civem. XIII 6ª,3: m. genus. 42,1: m. tibi apud me gratias egit. 64,1: m. apud me tibi gratias. XIV 3,3: m. esse studio. XVI 27,1: m. mihi verberationem. XII 12,1: m. tuum erga me amorem. VII 5,2: *Casus vero mirificus quidam intervenit,* quo in enuntiato gravitatis causa inusitato loco positum est hoc adiectivum.

mirus.

Septies primo, numquam secundo loco positum legi. *Cic.* I 9,19: m. contentio. II 11,1: m. me desiderium tenet. 13,3: miroque desiderio. VII 11,2: m. enim persona. XII 5,2: m. consentio est. XVI 7: m. in modum. 12,2: m. invaserat furor.

mirabilis admirabilis.

Cic. XV 17,3: m i r a b i l i s eum virorum bonorum benevolentia. *Cornif.* III 22,35: nulla non nova nec a d m i r a b i l i re.

incredibilis.

Decies sexies primum, quinquies secundum locum tenet in *Cic. ep.* V 7,1: i. voluptatem. X 5,1: i. mihi laetitiam. XV 12,1: incredibili laetitia. XVI 15,1: i. cum sollicitudine. XII 30,4: i. angustiae. X 12,2: i. gaudio. II 7,4: pro tua i. in me benevolentia. 12,5: i. erga te benevolentia et diligentia. I 9,4: i. quendam amorem. II 1,2: meus i. in te amor. 4,2: i. quaedam exspectatio. VII 2,2: contra i. contentionem. X 10,2: i. conspirationem. XIII 27,2: i. mihi gratias. XIII 54: singularem et prope i. patris Marcilii fidem. I 9,13: quo in discrimine cum mirificus senatus, i. Italiae totius, singularis omnium bonorum consensus in me tuendo exstitisset. V 12,1: *cupiditate i. neque . . . reprehendenda.* VII 17,2: *hominisque liberalitatem i n c r e d i b i l e m et s i n g u l a r e m fidem.* XIII 6ª,3: *genere mearum litterarum incredibili.* XV 2,8: *casu i. ac paene divino.* VIII 4,3: *opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem . . . nacta sunt.*

Adi. **unicus** legitur idque primo loco positum apud *Cornif.* III 6,11: unicam malitiam atque nequitiam. 22,37: u. turpitudinem.

singularis.

Cornif. I 10,16: in qua s. consumitur oratoris officium. 11,18: s. modo. In *Cic. ep.* tricies quinquies a n t e c e d i t a d i. I 9,4 (bis). 9,13. 9,16. II 14. III 2,1. 10,3. IV 11,1. V 5,2. 8,3. VI 4,2. 7,1. 14,1. VII 5,3. 17,1. IX 14,1. 14,5. 25,2. X 17,3. 29. XI 12,1. 13ª,5. 28,1. XII 15,6. XIII 6ª,3. 7,2. 16,4. 27,4. 54. 62. 63,1. 65,1. XIV 11. XV 4,1. 8. Quindecim locis p r a e c e d i t s u b s t. I 7,2. 9,14. IV 3,1. 3,4. VI 13,2. VII 7,2. IX 11,1. X 21,4. 23,4. XI 8,1. XIII 7,4. 21,2. 41,1. XV 4,5. 20,3.

similis consimilis verisimilis.

In *Cic. ep.* antecedit adi. „s i m i l i s" I 7,8. IV 6,1. IX 8,1.

XIII 5,2. 7,4. XIV 14,1; at subst. ei praecedit IX 16,8: *polypum miniati Iovis similem* (cf. pag. 36. IV). XIII 29,5: *et omni cursu nostro totius vitae simillimo. Cornif.* I 6,9: de s. causa. II 13,20: s. de causa. I 17,27: s. ratione. IV 34,46: a s. ratione. 47,60: s. ratione. III 3,5: s. rerum. 15,27: s. ceteris rebus. IV 20,28: s. exitus. 20,28: hic et ea verba, quae casus habent, ad casus similis, et illa, quae non habent, ad similis exitus veniunt. II 2,3: a s. turpitudine. 3,4: in s. suspicionem. 26,41: in s. controversia. III 6,12: s. sententia. 18,31: s. notas. 20,33: s. imagines. IV 21,29: s. verba. II 12,18: *de rebus *maioribus aut minoribus aut* similibus.* III 5,9: *conclusionibus fere s. in his et in iudicialibus causis uti solemus.* IV 13,19: *in rebus s. et divorsis.* 20,28: *ad casus s .... ad s. exitus.* 33,45: *verbo s. et propinquo.* 48,61: *cum rem referamus s.* 54,67: *aliqua re s.* IV 34,45: in consimilem rem. I 8,13: quae neque veras neque *verisimilis* continet res. II 7,10: ad v. suspicionem. I 2,3: *excogitatio rerum verarum aut v.*

dissimilis.

Cornif. II 29,46: dissimili de re. II 19,31: dissimiles forma atque natura loci comparandi sunt. IV 21,29: *ut ad res dissimiles similia verba accomodentur*, ubi consulto alterum adi. iuxta alterum positum esse puto. 33,45: *rerum d.* Tribus locis, ubi in *Cic. ep.* legitur, post subst. locatum est I 7,2: *in re d.* VIII 6,5: *legemque viariam, non dissimilem agrariae Rulli.* X 6,3: *ab impiorum civium tui dissimillimorum* (cf. pag. 36. IV).

par.

Cornif. II 29,46: p. rationem. IV 20,27: ex p. fere numero. 20,27: par membrum superiori referre. In *Cic. ep.* anteit III 9,1. IV 5,1. 13,1. V 2,3. 11,1. 13,1. X 21,6. XII 15,4. XIII 4,4. XV 4,10. 4,14. 5,1. Contra secundum locum tenet XV 6,9: *te, hominem in parte Italiae minime contemnenda facile omnium nobilissimum et in communi re publica cuivis summorum tuae aetatis vel ingenio vel gratia vel fama populi Romani parem.* Septendecim verba inter utrumque adi., viginti sex inter subst. „hominem" et adi. „parem" inserta sunt! Praeterea V 8,4. VI 6,1. 6,11. XII 16,3. XIII 55,2. 65,1. XV 15,3.

Adi. **dispar** apud *Cornif.* semel secundo loco positum invenitur. IV 2,3: *res varias et d. in tot poematis et orationibus sparsas et vage disiectas.*

firmus infirmus.

Apud *Cornif.* antecedit „firmus" duodecies; positivus his locis I 2,3. 9,16. II 5,8. III 9,17. 10,17. 10,18 (bis). 11,21; superlativus I 6,10. *II 30,47.* III 9,17. 10,18. — Superlativum bis post subst. locatum invenimus IV 44,58: *in loco firmissumo. de re firmissuma.* In *Cic. ep.* antecedit adi. VII 18,1: f. animo. XI 27,1. XII 5,2. 9,2. 11,2. XIII 4,2. XV 4,3. 4,7. 4,14. XVI 21,2. Semel comparativus secundum locum tenet III 3,1; bis superlativus VI 5,4. X 9,3; positivus IX 16,6. X 18,4. 32,4.

Cornif. II 23,36: infirma ratione. *Cic.* V 21,5: tam i. valetudine. XVI 8,2: i. valetudine.

laetus tristis.

Cic. IX 20,3: et hos laetos victores. Apud *Cat.* in *R. R.* cum „ager" coniunctum („fett") secundum locum tenet. 6,2: *agro sicco per sementim, agro laeto per ver.*

Cic. II 16,2: meum „triste consilium". IV 13,1: tr. quoddam ... genus. 13,7: tristissimo meo tempore. XV 7: t. temporibus. 14,6: tristissimis meis temporibus.

miser.

Cic. II 5,2: m. temporibus. IV 14,3: tam m. tempore. V 14,1: m. his t. et luctuosis. 15,3: miserrimi t. XIII 71: illo miserrimo t. IV 2,4: miserior res. XIV 13: in miserrimis r. XIII 17,1: hoc miserrimo bello. IV 13,1: triste quoddam et m... genus. XV 15,3: miserrimis querelis. Contra subst. antecedit IX 13,3: *homines m. et ... calamitosos.* XIV 1,5: *quid puero misero fiet?* (hic substantivo sonitus inest; antecedit: si nos premet eadem fortuna); paulo infra legimus: *Per fortunas m. nostras.* XII 3,2: *O rem miseram!* Apud *Petronium* huic adiectivo bis subst. praecedit 107: *nihil magis obesse iuvenibus m.* (haec dicit Eumolpus). 119: *homini tamen m.*

acer acerbus.

Apud *Cornif.* adi. „acer" antecedit II 19,29. 19,30. III 12,21. 13,23. 15,27 (bis). — Subst. anteit II 19,28: *inimicum enim acerrimum.* III 13,23: *sermo est oratio remissa ... contentio est oratio acris. Cic.* I 1,2: acerrimum tui defensorem. 9,16: de uno acerrimo et fortissimo viro. X 28,3: non acerrimas dicit sententias. XII 28,3: acerrimum hostem. X 28,1: *cum civi acerrimo, patre tuo.*

Adi. „a c e r b u s" antecedit in *Cic. ep.* III 8,5. IV 12,2. V 2,9. 17,1. VI 5,2. X 17,2. XIV 1,1. XV 4,2. XVI 11,2. Semel post subst. locatum invenitur XV 2,6: *casu acerbissimo.*

commodus incommodus.

Cornif. III 11,19: c o m m o d a e inventiones. 19,32: commodissumam distinctionem. II 4,6: **alias* rationes commodiores.* IV 12,17: *elocutio c. et perfecta.* *Cic.* II 17,3: minus commodos sermones. XIII 14,2: quam commodissima condicione. *Cornif.* II 27,42: non i n c o m m o d a ratione. *Cic.* VII 3,5: incommodiore loco. VI 4,2: *rerum i.*

idoneus.

Antecedit his duodecim locis adi. apud *Cornif.* I 2,3: i. verborum et sententiarum. II 4,6. 21,43. 24,37. 29,46 (bis). III 2,3. 4,7. *13,24.* 19,32 (bis). 31,42. At subst. anteit bis II 21,33: *item vitiosa expositio est, cum omnis res ostendimus nos conlegisse et aliquam rem idoneam praeterimus.* III 16,28: *aliud dicendi tempus idoneum* (cf. pag. 38. X a. 5). *Cic.* VII 17,3: magis i. tempus. XVI 25: iusta et i. usus es excusatione. XV 4,3: *firmam manum et equitatum sane i.* XVI 1,2: *et c o m i t a s et t e m p e s t a t e s et n a v e m i d o n e a m ut habeas,* quo loco adi. postpositum est concinnitatis causa.

dubius.

Cornif. I 3,2: d. genus. I 4,6: *genus causae dubium habebimus.* *Cic.* II 17,3: non d. sermone. III 6,4: non d. spem. V 21,3. VIII 16,2: d. rebus. XIII 19,2: d. fortuna. Bis subst. „s p e s" antecedit III 9,2: *de spe minime d. et plane explorata.* XV 4,13: *spem non d. triumphi.*

contrarius.

Antecedit apud *Cornif.* coniunctum cum „l e x" I 11,19. 20. 12,20. II 10,15; cum „r e s" III 3,6. 6,10. IV 15,21; cum „s e n t e n t i a" II 10,14. IV 28,39. Praeterea I 3,4: c. locorum. II 12,17: c. descriptionis. IV 2,4: ad c. rationem. Semel adi. secundum locum tenet IV 45,58: *hic sententiae contrariae ex comparatione referantur oportet.* *Cic.* VIII 15,2: a c. factione. X 33,2: in c. partem.

varius.

Cic. I 4,1: v. calumniis. II 5,1: nec obscuro nec v. sermone. III 2,1: in multis et v. molestiis cogitationibusque meis. V 12,5: ancipites variique casus. 12,6: varios actus. VIII 10,2: varios sermones. VII 1,2: *armatura varia.* IX 16,4: *in sermone v.* *Cornif.* II 31,50: variam fortunarum commutationem. IV 21,29: multis et v. rationibus. IV 2,3: *res varias et disparis . . . et . . . sparsas.* In *R. R.* ter subst. antecedit 61,1: *sulco v.* 119: *epityrum album nigrum variumque sic facito. ex oleis albis nigris variisque.*

plenus.

Cornif. II 20,31: perfectam et pl. argumentationem. III 14,24: pl. faucibus. IV 20,28: pleniores syllabae. 32,43: pl. consuetudo est. *Cic.* XII 16,2: pleno gradu. *Petron.* 45,71: pl. velis; sed 42: *manu plena, uncta mensa.* 86: *coitum pl. et optabilem.* Ceterum cf. pag. 37. IV.

virilis muliebris puerilis.

Cornif. III 12,22: ad v i r i l e m dignitatem. III 12,22: ad m u l i e b r e m potius vociferationem. *Cic.* I 9,15: m. religionum. *Cornif.* II 11,16: p u e r i l i s opiniones. IV 23,32: puerili videbimur elocutione delectari.

paternus.

Cic. VI 16: p. amicitiam. XIII 51: et pro nostra et pro p. amicitia. X 4,1. 5,1: p. necessitudinis. XIII 29,1: p. necessitudinem. 29,5: pro p. necessitudine. VII 20,1: has p. possessiones. XV 2,6: cum p. amicis maioribus natu. XV 2,5: *casum illum interitus paterni.* 4,13: *et s t u d i i s et o f f i c i i s nostris mutuis et summa a m i c i t i a dignum et n e c e s s i t u d i n e etiam p a t e r n a.* 11,2: *studia communia, beneficia p.* (cf. pag. 36. III).

Adi. **avitus** uno loco invenitur eoque antepositum in *Cic. ep.* XIII 34: a. mihi hospitium est.

Denique nonnulla adi. afferantur, quae quibusdam cum substantivis, praecipue cum „res", coniuncta omnino secundum locum tenent, alias autem saepe antecedunt.

domesticus.

Cum subst. „r e s" coniunctum alterum tenet locum: Cic. I 9,24. IV 14,3. VI 6,6; exceptus est hic locus V 8,5: in omnibus publicis privatis forensibus domesticis rebus. Praecedit praeterea adi. in Cic. ep. II 4,1. 7,3. 16,4. IV 8,2. V 1,2. 2,1. 15,3; subst. autem VI 6,6. VII 14,1. VIII 14,3.

vulgaris popularis.

Cornif. II 25,39: v o l g a r e m habet defensionem. 26,41: falsis aut v. definitionibus. III 22,36: v. et usitata re. IV 56,69:

v. sermone. *Cic.* X 20,2: v. reprehensa proverbio. XII 15,3: non v. commendationem. 47: v. consolatione.

Cic. I 2,4: ad popularem rationem. VII 1,2: p. admirationem.

privatus.

In *Cic. ep.* duodecies antecedit adi. II 16,4. III 8,4 (bis). V 8,5. 16,5. IX 31,1. X 2,1. 11,3. 35,2. XI 25,2. 28,6. XVI 17,2. Praecedit subst. in Cic. ep. hoc uno loco III 8,4: *pro re non privata sua, sed publica,* ubi oppositionis causa adi. inusitatum locum tenet. Apud *Cornif.* semel adi. altero loco positum invenimus I 12,22: *si quis peculatus accusetur quod vasa argentea publica de loco privato dicatur sustulisse* (cf. quod pag. 63 de collocatione substantivi „locus" dixi). *Petron.* 10: pr. quaestibus.

De adi. **publicus**, quod interdum antecedit, respiciatur pag. 29 et 30.

communis.

Antecedit adi. in *Cic. ep.* coniunctum cum „salus" X 8,2. 5. 35,1. XV 15,2; cum „periculum" VI 1,3. X 18,2; cum „miseria" II 16,5. IV 3,1. 15,1. VI 4,2. VII 3,1. XI 27,4; cum „consilium" X 15,1. 21,1. Praeterea adi. antecedit I 7,7. 9,4. 9,19. 23. III 11,4 (bis). IV 1,2. V 2,8. 17,3. VI 4,2. 6,9. 6,12. 20,3. VII 1,1. 33,2. X 35,1. XI 4,2. XIII 10,2. At semper antecedit subst. „res" I 8,1. VI 1,4. VII 28,3. Praeterea subst. primo loco positum legitur I 7,9: *ex nostris eventis c.* V 14,3: *ad consuetudinem vel nostram c. vel tuam solius ac propriam.* VI 9,1: *non solum amicitiae officiis, sed etiam studiis communibus* (cf. pag. 36. II). 12,4: *in ipsa discrimina incidisse salutis fortunarumque c.* IX 16,2: *cetera sunt signa c.* XI 2,2: *libertate c.* 15,1: *litteris c.* XII 24,2: *tuendae salutis libertatisque c.* XI 25,2: *ad bellum c.* XII 24,3: *propter studium c.* XV 11,2: *cum studia c., beneficia paterna.*

Apud *Cornif.* „communis" semper post subst. „locus" positum est (decies quater) excepto uno loco II 6,9: „communes loci sunt", ubi adi. aliqua vi efferri videtur. Praeterea adi. secundo loco positum invenimus II 10,14: *cum iure c.* 13,20: *ad veritatem c.* 10,14: *cum aliis legibus c.* IV 56,69: *res enim c. agitur.* Praecedit apud Cornif. adi. IV 26,36: c. verba. *Cat. Orat. inc. sed. rel.* 2: communem rem agi putatote. *Petron.* 10: c. sarcinulas. 79: c. amicitiam. 105: apud c. amicam. Sed 141: *fortuna c.*

civilis.

Cum subst. „bellum" coniunctum primum locum tenet in *Cic. ep.* II 16,1. IV 4,2. 7,2. VI 6,4. 6,5. IX 6,3. X 31,2. XI 29,1; alterum habet locum eodem cum substantivo coniunctum I 16,3 (bis). IV 3,1. 7,2. 9,3. VI 12,3. XI 3,3. 27,2. 3. 8. 28,2. XII 18,2. XV 15,3. XVI 12,2. Semper substantivo „ius" additum secundo loco positum legitur VII 5,3. 11,1. 12,2. 19. Legimus praeterea V 12,2: c. coniurationem. 12,4: c. commutationum. VI 6,11: c. temporum. X 33,3: futuri c. tumultus. 35,2: in c. dissensione. XI 28,4: pro c. parte. XV 15,1: c. sanguinis. XVI 11,2: c. discordiae vel potius belli. At I 9,13: *in mediam contentionem dissensionemque c.* II 16,3: *arma c.* VI 6,8: *temporum c.* 10,1: *in armis c.* XI 28,2: *in dissensione c.* *Cornif.* III 2,3: in c. consultatione. I 2,2: *ad usum c.* 8,12: *a causa c.* 12,22: *in iure c.* 12,22: **iuris c.** *Petron.* 118: *belli civilis.*

Adi. **forensis** antecedit in *Cic. ep.* V 8,5. 15,13. Sed IX 18,1: *amisso regno f.* *Petron.* 118: f. ministeriis.

alienus.

Semper quidem legitur „aes alienum"; in universum autem adi. antecedit. *Leg. XII tab.* VIII 8[b]: neve a. segetem pellexeris. *Lex Acil. de rep.* 6: a. nomine (idem legitur in *Cic. ep.* IX 22,2). *Lex Urs.* IV 1,42: a. loco. *Cat. R. R.* 1,4: a. disciplinam. *Cat. Orat.* 68,1: si cum alieno viro probri quid fecit. *Cic. ep.* III 6,3: a. hominis. IV 3,1: non tuis bonis delectari potius quam a. malis laborare. 5,5: in a. morbis. 7,4: in externis atque a. locis. VI 7,4: alieni sensus. IX 14,4: a. gloriae. X 4,4: inter a. vitia. 21,1: ex a. levitate. XII 25,6: a. sane tempore. XIII 37: a. nomine. XV 4,14: ex alienissimis sociis. 14,4: in alienissimum tempus. Antecedit contra subst. in Cic. ep. his paucis locis V 8,2: *sed quaedam pestes hominum laude aliena dolentium.* 12,5: *ceteris vero nulla perfunctis propria molestia, casus autem alienos . . . intuentibus,* ubi adi. „alienus" adiectivo „proprius" oppositum cum vi sic optime effertur. VIII 12,2: *collegae eius, homini alienissimo et mihi propter amicitiam tuam non aequissimo.* Apud *Cornif.* adi. semper antecedit II 5,8: a. tempore. 11,16: a. sermonis. 17,26: a. inductu. IV 2,3. 12,18: a. exemplis. 4,7: a. se exemplis. 5,7: a. oportere adsumere exempla. *Petron.* 102: a. periculo.

Adi. quoque **alius** et **alter** in universum primum locum tenent.

Sed de positione singulorum adiectivorum hactenus. Singularia quaedam restat ut afferam, quae ad collocationem adiectivorum pertinent. Atque primum quidem, quod iam cum de ordine possessivi verba facerem significavi (cf. pag. 12), commemoretur in Ciceronis ad fam. epist. hanc collocationem verborum in quibusdam enuntiatis usitatissimam esse XI 4,1: „de tua in me voluntate“ aut XVI 1,3: „innumerabilibus in me officiis“; vel ut et adi. et pron. ad subst. addantur XVI 6,1: „ad tua innumerabilia in me officia“. Sed aliae quoque collocationes inveniuntur atque eo magis variae, quo plura adiectiva aut plura substantiva usurpantur. Haec affero:

1. de tua in me voluntate XI 4,1.
   innumerabilibus in me officiis XVI 1,3.
2. ad tua innumerabilia in me officia XVI 6,1.
   pro tua summa erga me benevolentia XIII 4,4. 6ª,1.

   } usitatissimus ordo
3. pro tuis in me summis officiis XIII 56,1.
   cuius erga me singularem benevolentiam XV 8.
4. pro tuo animo in me singulari XIII 7,1.
5. mirificum tuum erga me amorem XII 12,1.
6. omnia tua illa praeclara in rempublicam merita XI 12,1.
7. officium in rempublicam summum XI 19,2.
8. proque tuis in me perpetuis maximisque officiis XIII 72,1.
9. tuum erga me animum simplicem atque amicum XI 28,8.
10. summus inter nos amor et mutuus XIII 50,1.
11. tua in me studia et officia XV 21,5.
12. proque tuis amplissimis erga me studiis atque beneficiis XV 12,2.
13. mea studia erga te et officia XII 24,1.
14. benevolentia et fide erga populum Romanum singulari XV 4,5.
15. tuus amor in me XIII 7,4; cf. XI 2,2.
16. mea summa benevolentia erga te XI 29,2.
17. amor meus in te tuaque officia XI 20,1.
18. de tua fide et benevolentia in nos XI 2,1.

Ea autem collocatio, quae hyperbaton vocatur atque in Cic. ep. saepissime invenitur, in antiquissimis monumentis perraro

usurpatur. Praeter exempla, quae iam aliis locis attuli, haec commemoranda sunt: Cat. R. R. 2,5: rationes putare argentariam frumentariam. 132,2: daps Iovi assaria. 34,2: terram cave cariosam tractes. 151,3: semen serito crebrum. 37,5: ligna in caminum ficulnea. 88,1: amphoram defracto collo puram. 141: quota ex parte. 160: harundinem prende tibi viridem. 20,2: modiolos in orbis oleagineos. Exempla, quae in antiquis legibus praebentur, invenies si respexeris adiectiva „certus“, „ceterus“, „publicus“.

Index I.

Index II.

VITA.

Natus sum HERMANNUS ERNESTUS ALBRECHT in urbe Hameln a. d. XIII Kal. Mai. h. s. anni LXIV, patre Hermanno, quem ante hos tres annos morte ereptum lugeo, matre Emilia e gente Willecke, qua adhuc vivente gaudeo. Fidem profiteor evangelicam. Elementis litterarum imbutus primum — a vere h. s. anni LXXII usque ad autumnum anni LXXX — gymnasium regium Auricense, tum progymnasium regium Nienpurgense per duodeviginti menses, denique primum ordinem gymnasii senatorii Osnabrugensis per duos annos frequentavi. Vere anni LXXXIV maturitatis testimonio instructus Tubingam me contuli, ut philologis studiis operam darem. Ubi postquam per unum semestre scholis usus sum, almam petii litterarum universitatem Marpurgensem, unde autumno anni LXXXV Lipsiam demigravi. Duodecim autem mensibus peractis Marpurgum redii, ubi excepto uno semestri usque ad autumnum anni LXXXX inter cives academicos numeratus sum. Docuerunt me illustrissimi viri: HERZOG, ROHDE, DE SCHWABE, SPITTA Tubingenses; BIEDERMANN, CRUSIUS, HILDEBRAND, HIRZEL, KÖGEL, LIPSIUS, MASIUS, RIBBECK, VOIGT, WINDISCH, ZARNCKE Lipsienses; ACHELIS, BERGMANN, BIRT, BORMANN, CAESAR, COHEN, FEIST, KAUFFMANN, KOCH, LUCAE, NIESE, L. SCHMIDT, SCHROEDER, STOSCH, VARRENTRAPP, WESTERKAMP, WISSOWA Marpurgenses. Proseminarii philologi, cuius exercitationes moderabatur Birtius, per duo semestria, seminarii, quod Schmidtio et Birtio rectoribus florebat per tria semestria sodalis extraordinarius, per unum ordinarius simulque senior fui. Praeterea Germanici seminarii olim Lucaeo, nunc Schroedero duce florentis, per quinque semestria participem me reddidi. Stoschii denique Germanicis exercitationibus per unum, Birtii philologis per duo semestria interfui. Quibus viris omnibus optime de me meritis sincero animo gratias ago quam maximas; praecipue autem grato animo semper persequar Birtium, qui cum in aliis rebus multis tum maxime in hoc opusculo meo conscribendo benevolentissimus consilio atque auctoritate me adiuvit.